This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Ga
64
74A

Ga 64.74
A

Harvard College Library

From the
CONSTANTIUS FUND
Bequeathed by
Evangelinus Apostolides Sophocles
Tutor and Professor of Greek
1842–1883

For Greek, Latin, and Arabic
Literature

SYLLOGE

EPIGRAMMATUM GRAECORUM

QUAE

ANTE MEDIUM SAECULUM A. CHR. N.

TERTIUM INCISA AD NOS PERVENERUNT

EDIDIT

Ernst

~~ERNESTUS~~ HOFFMANN.

Halis Saxonum

APUD KAEMMEREROS.

MDCCCLXXXXIII.

Ga 64.74
A

HARVARD COLLEGE
DEC 1 1893
LIBRARY

Constantius fund.

930

PRAEFATIO.

Cum Georgius Kaibel illustrissimum epigrammatum Graecorum e lapidibus collectorum corpus a. 1878 publici iuris fecisset, omnes viri docti et excellentem singulorum carminum tractationem et paene absolutam syllogae perfectionem uno consensu laudaverunt. Sed fieri non potuit, quin per annos materia illa novis titulis repertis aliisque iterum collatis in dies magis magisque et augeretur et emendaretur. Qua re perspecta et Kaibel ipse (Supplementum epigrammatum Graecorum in Mus. Rhen. XXIV. 1879. p. 181-213) et Allen (On greek versification in inscriptions. Papers of the American School of classic. Stud. at Athens IV. Boston. 1888) et Cougny (Epigrammatum Anthologiae Palatinae vol. III. Paris. 1890) et Herwerden (Studia critica ad epigrammata Graeca Leiden. 1891) additamenta ediderunt, quae tamen ex parte iam tempore quo in lucem prodierunt non satis plena erant. Itaque ipse novam epigrammatum syllogen instituere conatus sum, quae omnes titulos Graecos metro inclusos, qui sive lapidibus sive vasis inscripti ad nos pervenerunt, complecteretur. Cum tamen prae tanta inscriptionum per totam Graeciam eiusque colonias incisarum multitudine omnium temporum epigrammata unius opusculi spatium valde excederent, nunc carmina medio saeculo a. Chr n. tertio quae videntur priora pro virili parte colligere et tractare constitui, reliqua, quae et ipsa iam in unum congessi, in praesentia seponens. Neque spero ad hanc et spinosam et amplam rem absolvendam plane me defecisse vires neque in hoc libello conscribendo oleum atque operam prorsus me perdi-

disse. Quod aliquanto confidentius putare potuisse mihi videor, quod virorum singularium Hilleri, Roberti, Dittenbergeri consilium mihi hanc dissertationem concipienti nunquam defuit. Nam Eduardus Hiller, cuius mortem praematuram valde lugeo, in huius opusculi incunabulis et rudimentis summa benevolentia et liberalitate me adiuvit; Caroli Roberti archaeologicarum rerum peritissimi et bibliotheca et scientia copiosa mihi semper praesto fuit; Guilelmus Dittenberger cum multis aliis rebus tum maxime idcirco me in sempiternum sibi devinxit, quod Inscriptionum Graecarum Septentrionalium partem priorem, antequam ipsius cura ederetur, inspiciendi facultatem mihi benignissime praebuit. Etiam Carolo Haeberlino mecum intima coniuncto amicitia maximam debeo gratiam, quia cum ceteroquin socium consiliorum meorum et adiutorem se praestitit, tum corrigendo hanc epigrammatum syllogen me stipendiis militaribus impedito multum temporis consumpsit.

Restat, ut, quas notas in textu inscriptionum usurpaverim, breviter exponam. Ubi litterae temporum iniuria deletae restituuntur, uncis quadratis [ ], ubi litterae et lapicidae socordia omissae supplentur et falso positae emendantur, uncis rotundis ( ), ubi litterae errore repetitae vel male insertae delentur, his uncis < > eas inclusi.

CONSPECTUS.

Pars prima: Epigrammata sepulcralia . . . . . 4—103
Classis prior: Saeculi septimi et sexti et quinti . . 6— 47
Sectio prior: Attica . . . . . 6— 30
Sectio altera: Reliqua . . . . . 30— 47
Classis altera: Saeculi quarti et prioris tertii partis 48—103
Sectio prior: Attica . . . . . 48— 89
Sectio altera: Reliqua . . . . . 89—103
Pars secunda: Epigrammata dedicatoria . . . . . 105—209
Classis prima: Dis dedicata . . . . . 107—179
Sectio prior: Attica . . . . . 107—142
Sectio altera: Reliqua . . . . . 143—179
Classis secunda: Hominum honores . . . . . 180—188
Sectio prior: Attica . . . . . 180—183
Sectio altera: Reliqua . . . . . 183—188
Classis tertia: Agonistica 189--209
Sectio prior: Attica . . . . . 189—193
Sectio altera: Reliqua . . . . . 193—209
Pars tertia: Fragmenta dubia, sive sepulcralia sive dedicatoria 211—215
Pars quarta: Epigrammata varia . . . . . 217—236
Classis prior: Epigrammata artificum . . . . . 219—223
Classis altera: Reliqua . . . . . 223—236

I. EPIGRAMMATA SEPULCRALIA.

A. SAECULI SEPTIMI ET SEXTI ET QUINTI.

1. ATTICA.

1. Cippus sepulcralis *ἐν Βουρβᾷ* repertus *ἀποτελεῖται ἐκ τριῶν βαθμίδων πυραμιδοειδῶς κειμένων ἐπ' ἀλλήλαις, ἐπὶ τῆς κορυφῆς τῶν ὁποίων ἵδρυτο ἡ ἐνεπίγραφος βάσις τοῦ ἀγάλματος, ἧς εὑρέθη τὸ πλεῖστον εὐτυχῶς μέρος, μετὰ τῶν ἄκρων ποδῶν τοῦ ἐπ' αὐτῆς γυναικείου ἀγάλματος*; nunc Athenis in museo centrali. Edd. Staes *Δελτ. ἀρχ.* 1890 p. 103 n. 18 et p. 111 sq., Kirchhoff CIA. IV. n. 477[p] p. 188 sq.

. . . . . *ε φίλης παιδὸς κατέθηκεν*
καλὸν ἰδεῖν· ἀϝυτὰρ Φαίδιμος εἰργάσατο.

Initium distichi conieci legendum esse *Σῆμ' Ἀγάθαρχος τῆιδε* s. *ξεῖνε* vel sim.; Smith Amer. Journ. of Philol. 1891 p. 211 supplevit: *Σῆμα Φιλημονίδης με* (cfr. n. s. n. 56. 1 *Μνᾶμ' ἐπ' Ὀλιγείδαι μ' ὁ πατεὶρ ἐπέθεικε θανό[ν]τι*); Kirchhoff proposuit: *Μνῆμ* ⏑⏑ — ⏑⏑ *ὧδε* aut *Εἰκόν* ⏑ — ⏑⏑ *τήνδε*, ex quibus hoc supplementum propter *καλόν*, quod in pentametro versu subsequitur, scrupulos mihi movere videtur. Sed certius quidquam effici nequit. — Litterae Atticae antiquiores (ΑΚΦΜΜΣ); interpunctionis nota ⁝ adhibita ad singula verba dirimenda. Vetustissimi temporis documentum cernitur in digamma Ϝ voci *αὐτάρ* inserto; cfr. in titulo Naxio n. s. no. 406 *ἀϝυτοῦ* et in titulo Attico CIA. IV. n. 373[234] p. 198 *ναϝυ[πηγός]*. Kirchhoff monumentum medio sexto saeculo recentius non esse existimat.

2. Basis Sepoliae in hortis Notarae reperta, cuius margo superior laesus est. Ed. Rangabé Mém. sur trois inscr. Gr. inéd. 1863 p. 1 sqq.; ex apographo Koehleri ed. Kirchhoff CIA. I. 463, unde Kaibel Ep. Gr. 1, Roberts Introd. to gr. epigr. n. 36, Cougny Anth. Pal. III. 2. 11.

[Εἴτ' ἀστό]ς τις ἀνὴρ εἴτε ξένος ἄλ(λ)οθεν ἐλθὼν
Τέτ(τ)ιχον οἰκτίρας ἄνδρ' ἀγαθὸν παρίτω
ἐν πολέμωι φθίμενον νεαρὰν ἡήβην ὀλέσαντα·
ταῦτ' ἀποδυράμενοι νεῖσθε ἐπὶ πρᾶγμ' ἀγαθόν.

Versum primum restituit Kirchhoff Herm. V. 1871. p. 53; v. 2 nom. propr. *Τέττιχον* invenit Kekulé Die ant. Bildw. im Thes. p. 159; ad versum tertium cfr. n. s. n. 36 1 *ἀπώλεσαν . . . . ἥβην.* — Titulus *βουστροφηδὸν* scriptus habet litteras Atticas antiquiores: ΑΚΦΜΜΥΣΥ; ϟ pro *ει* scriptum in *νεῖσθε*; spiritus asper formam antiquissimam Ε exhibet. Ad singulos versus dirimendos adhibetur interpunctionis nota ⁝, verum in lapide post primum versum unum modo punctum superest, post tertium omnia tria evanuerunt lacuna relicta.

---

3. Lapis muris aedium S. Patusae ad ecclesiam ruinosam S. Salvatoris inaedificatus. Edd. e Fourmonti schedis Boeckh CIG. 22, accuratius Kirchhoff CIA. 1. 645, inde Kaibel Ep. Gr. 3, Roberts Introd. to gr. epigr. 39.

Ἀρχένεως τόδε σ[ῆμα . . . . . .
ἔστησ' ἐνγὺς ὁδοῦ, ἀγαθοῦ καὶ [σώφρονος ἀνδρός].

Supplementa sunt Kirchhoffii. — Vs. 2 lapis exhibet ΔΟΙ, Kirchhoff legit *ὁδῷ*, equidem recepi *ὁδοῦ* Kiesslingium secutus, qui recte hastam post ΔΟ scriptam pro interpunctionis nota positam esse putavit; nam *ἐνγὺς ὁδοῦ* in aliis quoque epitaphiis reperitur, velut n. 21. 1 et n. 23. 1 et hiatus *ὁδοῦ ἀγαθοῦ* caesura excusatur; huc accedit, quod hoc in titulo interpunctionis nota non solum ad versus, sed etiam ad verba non arte inter se cohaerentia distinguenda usurpatur. Quas ob causas *ἐνγὺς ὁδοῖ' ἀγαθοῦ* non scripserim; de elisione

litterae *ο* in *-οιο* cfr. H. L. Ahrens Kl. Schr. I. p. 152 et p. 163, Bergk Archil. fragm. 77 (= fragm. 74 Hill.), Lugebihl Fleck. Jb. Suppl. XII. p. 212, Christ Proleg. ad Iliad. p. 135. — De hiatu qui exstat inter *hοδοῦ* et *ἀγαθοῦ* cf. ceteros nostrae syllogae locos in quibus hiatus invenitur; nempe versuum dactylicorum in fine primae theseos n. 66. 1 *χαίρετε οἱ παριόντες* et n. 88. 4 *χαίρε[ι]ε οἱ παριόντες*, in tertia arsi una cum caesura penthemimeri n. 54. 2 *Πυρ(ρ)ιόδα hός*, 148. 6 *κρύ]πτω οἷας*, n. 200. 4 *ἀείμνασιοι οὕς*, n. 374. 2 *νικάhας ταυτᾶ hᾶτ'*, 418. III. 6 *ἥκω (ἁγνήν)*, sine caesura n. 407. 3 *ψυχ[ὴ] ὄλετ'*, *κατὰ τρίτον τροχαῖον* una cum caesura n. 318. 1 *ἀνέθηκε ὑπέρ*, n. 374. 1 *ἀνέθηκε Ἀθαναία[ι]*, in fine tertii pedis n. 407. 1 *[κατ]ὰ hόρκια*, in quarto pede n. 45. 1 *ἐγὼ hέστα[κ']*, n. 55. 1 *Διοκλέαι ἔσσιασ'*, *κατὰ τρίτον τροχαῖον* n. 115. 4 *ἑπτὰ ἔτη* (pent.), in fine quarti pedis una cum caesura bucolica n. 407. 3 *ἑ[νθάδε] hιερός*, in quinta arsi n. 303 *πρωροὲ ἀνέθηκαν*, *κατὰ πεμπτὸν τροχαῖον* n. 122. 5 *πάντα ὁμοῖ(α)*, n. 330. 5 *τὰ (ἅ)παντα*, in fine quintae theseos n. 394. 4 *καί ἑ εὔφρων*; huc adde ex versibus iambicis n. 406 *λίθου εἰμί*. — Tituli *βουστροφηδὸν* scripti litterae sunt Atticae antiquiores: AΚΕΘΝΡΣΥ; *ο* pro *ου* scriptum; spiritus asperi forma vetustissima Η.

---

4. *Basis quadrata cum pila infixa sepulcrali, fracta illa, sed quae vestigia servabat colorum, reperta ad Velanidezam haud procul ab Aristionis sepulcro.* Edd. Rangabé Ant. Hellén. I p. 17 sq. n. 20, Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* p. 360 n. 3102, ex Koehleri ectypo Kirchhoff CIA. I. 468, Kaibel Ep. Gr. 5, Roberts Introd. to gr. epigr. 38, Cougny Anth. Pal. III. 2. 542, Conze Die att. Grabrel. I tab. 1 p. 3 sq.

Λυσέαι ἐνθάδε σῆμα πατὴρ Σήμων ἐπέθηκεν.

Cougny titulum propter scurrilitatem quam in nominibus *σῆμα* et *Σήμων* deprehendere liceat, infimae aetati tribuendum esse censet. Quae sententia litteratura utique refutatur, nam antiquissimae litterarum formae posterioribus temporibus numquam tam accurate imitatione expressae sunt, ut nos falli

possimus. Scurrilitatem autem quam Cougny epigrammati inesse vult, quia patris nomini *Σήμων* cum voce *σῆμα* permagna intercedit similitudo, equidem cognoscere nequeo. — Titulus in tres versus divisus totus a sinistra ad dextram exaratus litteras Atticas antiquiores exhibet: ΑΕΦΜΓΣ ; interpunctionis nota non exstat.

---

5. *Lapis repertus ad portum S. Nicolai, qui est haud procul a Sunio promontorio.* Primus edidit e Caftanzogli schedis Rangabé Ant. Hellén. II. 2488, deinde Cordellae usus ectypo Benndorf Philol. XXVIII. 175; denuo Kirchhoff CIA. I. 470, inde Kaibel Ep. Gr. 7; cfr. etiam Roberts Introd. to gr. epigr. 40, Cougny Anth. Pal. III. 2. 8.

> [*T*]*οὐπικλέους παιδὸς Δαμα*[*σ*]*ιστράτου ἐνθάδε σῆμα*
> *Πεισιάναξ κατέθηκε· τὸ γὰρ γέρα*[*ς*] *ἐστὶ θανόντω*[*ν*].

Initio versus prioris *Τοὐπικλέους* suppl. Bursian Ber. d. saechs. Ges. d Wiss. 1860 p. 201; Benndorf coniecerat *Τερπικλέους*, sed haec forma, ut adnotat Wilamowitz apud Kaibelium, contra leges linguae Graecae in nominibus propriis conformandis usurpatas peccat. Cetera crasis exempla in versibus hexametris: n. s. n. 81. 1 *τοὐμόν*, n. 88. 4. *τἀμά*, n. 94. 1 *τοὔνομα*, n. 108. 3 *τἀμά*, n. 127. 2 *ταὔτ' ἐνόμιζον*, n. 222. 1 *τἀθ*[*ηναίαι*], n. 232 *Ἀρεσίου*, n. 240. 1 *τἀθηναίαι*, n. 262 *τἀθ*[*ηναί*]*αι*, n. 307 *τἀθάναι*, n. 349 I. 3 *τοὔ*]*νομα*, n. 420. E. 1 *τοὔργον*, n. 420. E. 23 *ὦναξ*, n. 23. 2 *κἀγαθοῦ ἀνφ*[*ότερον*], n. 122. 1 *κἀμοί*, n. 389. 4 *κἀ*[*μφιαρ*]*α*(*ε*)*ίοις*, n. 419. 10 *καὐ*[*τοί σο*]*ι*, n. 420. B. 14 *καλοκἀγαθίαν*, n. 334. 9 *χοἰ*, n. 401 *χὠ*, n. 117. 1 *προὔπεμψε*; in versibus iambicis crasis invenitur n. s. n. 52. *ὧρχέδ*[*α*]*με*, n. 270. 2 *τἄντρον*, n. 308 *τἀργεῖοι*, n. 401. 2 *τηὐτρειφάντω*, n. 397 *κἀπο*[*ί*]*ησε*, n. 398 *κἀπόησε*. — V. 2. *θανόντω*[*ν*] praefert Kaibel, quia epigrammatum usus et ratio pluralem postulant. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΕΦΕΦΜΝD(*ρ*)Σ; *O* pro *ου* scriptum.

---

6. *Lapis repertus est ad portum S. Nicolai, qui est haud procul a Sunio promontorio.* Edd. e Caftanzogli schedis

Rangabé Ant. Hellén. II 2489, ex apographo Cordellae Kirchhoff CIA. I. 471; inde Kaibel Ep. Gr. 8; cfr. etiam Loewy Inschr. gr. Bildh. 13, Roberts Introd. to gr. epigr. 41.

a.

. . . . . *ἣν γ]ὰρ ἡαπόσης*
νοῦν τε καὶ ἀνο[ρέ]αν ἔξοχος ἡηλικίας.

b.

[Οὐκ ἀνεπ]ιστήμων τόδ' ἐπόει Ἡιπ(π)ό[στρατ]ος (σ)ῆμα.

V. 2 *ἀνορέαν* recepit Kirchhoff Herm. V. 1871. p. 54 n 4. — Quae sequuntur distichon, propter verborum collocationem pro versu quodam habenda esse recte Kaibel contendit. Ex supplementis quae viri docti ad hexametrum restituendum protulerunt, equidem recepi Allenii (Gr. versif. of inscr. p. 162) coniecturam; cfr. n. 322. 3: *Εὔφρων ἐξεποίησ' οὐκ ἀδαὴς Πάριος.* Lacuna enim satis magna ad hanc restitutionem et Hippostratum nominativum nomenque artificis esse necesse est, quia genetivus si recipitur pro nomine mortui est accipiendus neque in ullo epigrammate verba artificis defuncti nomen commemorant; illud aperte nostrae inscriptionis verbis quae ex praecedenti disticho perierunt continebatur. Versus autem qui efficitur quocunque modo eum restituendum esse putamus imperitum versificatorem resipit (cfr. quae adnotavi ad n. s. n. 26). — Litterae Atticae antiquiores: ΑΕΜΜΙΝ(ρ)ΣΤ; spiritus asperi forma Η.

---

7. *Lapis nunc immissus ecclesiae quae est Merendae capite inverso.* Ex apographo Fourmonti ed. Boeckh CIG. I. 28; ex accuratissimo archaeologorum Atheniensium et Rangabei ectypo ed. Kirchhoff CIA. I. 469, inde Kaibel Ep. Gr. 6; ex Lollingii apographo Ath. Mitth. I. 1876 p. 174 artificis titulum repetivit Kirchhoff CIA. IV. p. 47, quem iterum dat Lolling Ath. Mitth. IV. 1879. p. 10. Ex Ioannis Schmidtii ectypo edidit Loewy Inschr. gr. Bildh. 12; inde Kirchhoff CIA. IV. p. 112; cfr. etiam Roberts Introd. to gr. epigr 43, Cougny Anth. Pal. III. 3. 69.

a.

Σῆμα Φρασικλείας· κούρη κεκλήσομαι αἰεί,
ἀντὶ γάμου παρὰ θεῶν τοῦτο λαχοῦσ' ὄνομα.

b.

Ἀριστίων Πάρι[ός μ' ἐπόησ]ε

a. Prioris versus lectio quam iam Schwab Arch. Anz. 1850 p. 229 invenit, Schmidtii apographo confirmata est. — V. 1 idem asyndeton vid. n. 33. 1 et n. 47. 1, cfr. etiam 147. 1, 187. 1, 305. 1 — In versu altero memorabilis synizesis in voce *θεῶν*. Reliqua synizesis exempla quae exstant in nostra sylloge: n. 46. 2 *Οἰανθέος γενεάν*, n. 55. 3 *Λιο]κλέα, τεὸς ἀδελφεός* (synizesis litterarum *εο* syllabam correptam esse sinens), n. 172. 1. *Κλεομάνδρου*, n. 253. 2 [*Κλε]όδωρός μ'*, n. 299. 3 *Λεινομένεος*, n. 348. 1 *Θρασυμήδεος*, n. 247 *θεοῦ*; n. 330. 3 *δώδεκα θεοῖς*, n. 420 E. 8 *χρυσέοις*, n. 34. 9 *δ[ῆμος Ἐρεχθέως]*, n. 63. 2 *λεωφόρον*, n. 181. 6 *κοσμ]έων*, n. 191 *Ἐχεκρατίδεω*, n. 299, 2 *Λεινοδίκεω* et *ἀλ(λ)έων*, n. 299. 3 *Κριτωνίδεω εὔχομαι* (correpta syllaba synizesin habens), n. 330. 4 [*νικ]έων*, n. 349. II. 2 *ἰαχέω*, n. 55. 1 *Λιοκλέαι ἔσστασ'*, n. 312. 1 *χρυσέαν*, n. 330. 8 *βασιλέας* (i. q. *βασιλείας*), n. 35. 2 *Πυθίων*, n. 67. *Κυπρίου* et *Σαλαμι(νί)ου*, n. 103. 1 *Διονυσίου*, n. 407. 3 *Γναθ(θ)ίου*, n. 326. 3 *Λυκάο[νος]*, n. 6. 3 *ἐπόει Ἱππ(π)ό[στρατ]ος*, n. 60. 1 *Λέρμυι*, n. 91. 2 *Ἑρσηίς*, n. 174. 3 *Ἁγνηίς*. — b. Supplevit Lolling; cfr. n. 8 et n. 9 et n. 10. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΛΦΘΜΡΣΦΥ; ΕΙ scriptum pro *ει* in *Φρασικλείας* et *αἰεί*. *Ο* pro *ου* scriptum praeter ΤΟΥΤΟ. Interpunctionis nota apud Loewyum non exstat; apud Kirchhoffium post *Φρασικλείας*: et post *κούρη*:

---

8. *Fragmenta duo basis Pentelicae εἰς τὸ Φορβαντεῖον d. XXII. septembr. 1858 eruta.* Ed. Pittakes *Ἐφημ.* n. 3293. 3294; ex Velsenii apographo et Koehleri ectypo Kirchhoff CIA. I. 466; inde Kaibel Ep. Gr. 4; ex ectypo Hirschfeldii Loewy Inschr. gr. Bildh. 11; cfr. etiam Roberts Introd. to gr. epigr. 44.

a.

[*Ἀ*]*ντιλόχου ποτὶ σῆμ', ἀγαθοῦ* [*κ*]*αὶ σώφρονος ἀνδρός,*

. . . . . .

b.

Ἀριστίων μ' ἐπόησεν.

Supplevit Pittakes. Ex litterarum apicibus quae ex altero versu supersunt Kaibel *ἴστε προσερχόμενοι* vel tale quid cognoscere vult. Huius monumenti artifex idem est ac n. 7 et n. 9 et n. 10. — Titulus a dextrorsum, b sinistrorsum scriptus exhibet litteras Atticas antiquiores: ΑΚΦΜΝΝΥD(ρ)ΣΤ

---

9. *Basis oblonga marmoris candidi, eruta illa e ruderibus muri urbis septentrionalis ad Dipylum a. 1873 . . . Titulus a scriptus est in laterum angustiorum altero margini superiori proxime subiectus, b in laterum latiorum eo quod illi est a sinistra contiguum.* Ed. Kumanudes *Ἀθην.* II. 1873 p. 136 sqq.; ex ectypo Luedersii Kirchhoff Abh. d. Berl. Akad. 1873 p. 153 sqq. (Kaibel Ep. Gr. 2 c. praef. p. IX) et CIA. IV. 477 b. p. 48 et p. 164; ex Swobodae ectypo Loewy Inschr. gr. Bildh. n. 395; cfr. etiam Roberts Introd. to gr. epigr. n. 44[a], Cougny Anth. Pal. III. 2. 544.

a.

Σῆμα πατὴρ Κλε[ό]βουλος ἀποφθιμένωι Ξενοφάντωι
θῆκε τόδ' ἀντ' ἀρετῆς ἠδὲ σαοφροσύνης.

b.

[Ἀριστίων μ' ἐποίησε Π]άριος.

Κλε[ό]βουλος Kumanudes, Kaibel, Loewy. Luedersium, qui post ΚΛΚ nihil umquam in lapide exaratum esse contendit, secutus Kirchhoff *Κλείβουλος* scribit; equidem Kumanudi et Kaibelio magis confidendum esse arbitror. — Titulum b supplevit Kumanudes *Ξενόφαντος Πάριος,* ratus in hoc latere mortui nomen iteratum vel potius primitus scriptum fuisse, quia probabile non esset artificis nomen in latiore latere insculptum fuisse. Attamen angustius latus sine dubio frons monumenti erat, quia statua basi olim infixa faciem hanc in partem converterat; cfr. Loeschke Ath. Mitth. IV. 1879. p. 300. Itaque has litteras ad artificis memoriam referendas esse verisimilius est, praesertim cum in epigrammate ipso de

peregrino mortui genere nihil dicatur. Quare perspecta, Lolling Ath. Mitth. I. 1876. p. 175 et Loeschke l. l. non dubitaverunt hic quoque Aristionis Parii artificis nomen restituere, quem iam ex aliis inscriptionibus novimus (cfr. n. 7 et 8 et n. 10). Equidem horum virorum doctissimorum sententiam, quamquam certis argumentis non confirmanda nonnihil habet dubitationis, amplexus titulum [*Ἀριστίων μ' ἐποίησε Π*]*άριος* supplendum esse censeo; hunc autem verborum ordinem recepi, quia verba sic disposita lapidis latus optime explent. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΕΘΜΙΝΡΣΦΥ; Ο pro *ου* scriptum.

---

10. Fragmentum columnae Atticae in museo Britannico, ortasse ab Elgino huc allatum. Ed. Hirschfeld Arch. Zeitg. 1873 p. 108; ex illius viri ectypo Kaibel Ep. Gr. add. 4ª f Kirchhoff CIA. IV. 477ª p. 47 et p. 164; cfr. etiam Loewy Inschr. gr. Bildh. 18.

[.....*τόδ*]*ε σῆμα ἀγαθοῦ* [*καὶ σώφρονος ἀνδρός*].
[*Ἀριστίων Πάριό*]*ς μ' ἐποίησε.*

Sepulcrale fuisse monumentum cognovit Hirschfeld; columellae hunc in usum adhibitae exempla collegit Weisshaeupl Grabep. d. gr. Anth. p. 55 sqq. — Hirschfeld, Kaibel, Loeschke Ath. Mitth. IV. 1879 p. 31 hoc quoque opus ad Aristionem Parium referre non dubitaverunt, quibus equidem propter litteraturae similitudinem quandam adsentior nec tamen sine dubitatione; cfr. n. 7. 8. 9. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΕΕΘΜΣ.

---

11. *Basis marmoris Pentelici a. 1830 reperta in ea parte urbis cui nunc nomen Palaeochori.* Ed. Ross Arch. Aufs. I. p. 91; ex Velsenii et Koehleri apographo Kirchhoff CIA. I. 477, inde Kaibel Ep. Gr. 13, Loewy Inschr. gr. Bildh. n. 8, Cougny Anth. Pal. III. 2. 13.

[*Ἐνθά*]*δε Φ*[*ωκυλίδης ἄλοχον*] *κατέθηκε θανοῦσαν*
Λ[*αμπιτ*]*ὼ αἰδοίην γῆς ἀπὸ πατρωίης.*
Ἔνδοιος ἐποίησεν.

Initio prioris versus *ἐνθάδε* recte legit Kaibel, quia *quattuor ab initio litterarum spatium vacat*; *ἄλοχον* in lacuna fuisse iam Ross vidit; nomen mariti quod Φ vel Θ incepit *Φωκυλίδης* fuisse conicit Gutscher Att. Grabschr. I. p. 5; nomen uxoris invenit Rangabé Ant. Hellén. I. 22 c. tab. Ad *κατέθηκε θανοῦσαν* cf. no. 32. 2 *Πυθαγόρην ἔθεσαν* et n. 84. 2 *μήτερα ἔθηκα*. — Ad *πατρῷίης* cf. n. 349. 4. *ἥρῶα*, n. 322. 2 *πόλῆας*, n. 325. 2 *Ζῶΐλου*. — De artifice dicit Paus. I. 26. 4: *Ἔνδοιος ἦν γένος μὲν Ἀθηναῖος, Δαιδάλου δὲ μαθητής, ὃς καὶ φεύγοντι Δαιδάλῳ διὰ τὸν Κάλω θάνατον ἐπηκολούθησεν εἰς Κρήτην. Τούτου καθήμενόν ἐστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ἐπίγραμμα ἔχον, ὡς Καλλίας μὲν ἀναθείη, ποιήσειε δὲ Ἔνδοιος*. Itaque Endoeus quem Daedali discipulum fuisse fabulati sunt circa medium sextum saeculum floruit. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΕΕΘΜΣΡ; interpunctionis nota ⁝ adhibetur ad versus dirimendos. — Maritum qui posuit monumentum non Atticum, sed e Ionica quadam civitate oriundum fuisse e dialecto evicit Kirchhoff Herm. V. 1871 p. 54.

---

12. *Fragmentum marmoris albi immissum muro sacelli S. Ioannis quod est ad pagum Liopesi.* Edd. Ross Arch. Aufs. I p. 214 sq; ex Velsenii et Prokeschii schedis Kirchhoff CIA. I. 472 et IV. p. 112; inde Kaibel Ep. Gr. β, Roberts Introd. to gr. epigr. 45ᵃ, Cougny Anth. Pal. III. 2. n. 12. /9

Σῆμα τόδε Κύλων παίδοι(ν) ἐπέθηκεν θανό(ν)τοι(μ)
μ(ν)ῆμα φιλημοσύνης . . . . . .

Titulus non accurate a lapicida insculptus est; dualem reposuit Keil Syll. inscr. Boeot. p. 633 adn. 39. In voce *παίδοιν* littera *ν* a quadratario omissa est; nam post ΓΑΙΔΟΙ vacat. In voce *θανόντοιν* alteram litteram *ν* ante *τ* sculptor non expressit, ut persaepe in vasis: *Ἀταλάτη, Τυιάρεως* (cfr. Meisterhans Gr. d. att. Inschr.² p. 64), tertiam litteram *ν* ante sequens *μ* in *μ* conversam omisit, nam in antiquioribus titulis Atticis consonantes geminatae, etiamsi duarum finitimarum vocum, simplici littera scribuntur (cfr Meisterhans p. 71 sq.).

In voce *μνῆμα* pro *ν* errore *τ* incidit. — Versus alter utrum hexameter fuerit an pentameter in dubio relinquitur. Litterarum vestigia post *φιλημοσύνης* Kirchhoff legit: *ἵμ[ερο]ν ὠμ[ὸν ἔχων]*? — Versus prioris pes alter claudicat; simile mendum metricum his hexametris inest: n. 35. 8 *οὐδέ<δε>να πημάνας ἐπιχθονίων ἀνθρώπων* (excusatur caesura), n. 54. 1 *Μνᾶμ' ἐμὶ Πυρ(ρ)ιάδα, ὁς οὐκ ἠπ[ί]στατο φεύγειν* (excusatur caesura), n. 61. 1 .... *τόδε σ[ῆ]μα μήτηρ ἐπέθηκε θανόντι*, n. 108. 4 *ἀλλὰ φίλοι τ' ἤμυναν καί μοι κτέρισαν τάφον οὔτηι*, n. 122. 3 *πᾶσιν δ' ἀνθρώποισι παρέσχον ἀνένκλητον ἐμαυτό[ν]* et 5 *καὶ ἐγὼ τοῦδ' ἀνδρὸς ἔφυν, καὶ πάντα ὁμοῖ(α)*, n. 192. *Ἀσταγόραι πατρὶ [Μ]α[γνη]σικλίας ἐπέθεικεν*. Cf. etiam n. 88 et n. 42. — Verbo *ἐπέθηκε* falso *ν* paragogicum additum; aeque n. s. n. 182. 3 *ἔστησεν τόδε*, n. 204. *ἀνέθη]κεν Διός*, n. 304. 1 *ἀνέθηκεν Κάλλωνος*, n. 393. 2 *εἶπεν δί[κ]αιον*. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΕΖΗΘΜΜΝΝΥΣΦ; interpunctionis nota: adhibetur ad singula verba distinguenda. De Cylone tyranno cogitandum non esse Schuetz Hist. alph. Att. p. 25 sqq. ex littera ϙ non adhibita comprobat.

---

13. *Basis marmorea, in superiore parte in usum pilae inserendae excavata. Reperta est prope Dipylon ad forum Libertatis in aedibus Theodori Stephanu, muro immissa vetustiori.* Edd. Kaibel Rh. Mus. XXXIV. p. 181 n. 2_a, Kirchhoff CIA. IV. 477^h p. 112.

Ἄνθρωπε, ὁς (σ)τείχεις καθ' ὁδὸν φρασὶν ἄλ(λ)α μενοινῶν,
στῆθι καὶ οἴκτιρον σῆμα Θράσωνος ἰδών.

Ad versum priorem adnotat Kaibel: *Clausula homerica cfr. Od. β. 90 νόος δέ οἱ ἄλλα μενοινᾷ et β. 34 ὅτι φρεσὶν ᾗσι μενοινᾷ, deinde α 151 τοῖς μὲν ἐνὶ φρεσὶν ἄλλα μεμήλει, ut illius aetatis poetam Homeri lectione imbutum fuisse dubitari non possit; φρασίν autem i. q. φρεσίν.* — Litterae Atticae antiquiores: ΑΕΗΜΝΡΣ; spiritus asper expressus est signo Η. Interpunctionis nota: adhibetur ad singula verba dirimenda; sed voces arte inter se coniunctae non distinguuntur.

---

14. *Lapis immisus muro exteriori sacelli S. Demetrii quod est Ceratiae.* Ex Rossii apographo Kirchhoff CIA. I. 475, inde Kaibel Ep. Gr. 11. Roberts Introd. to gr. epigr. 49, Cougny Anth. Pal. III. 2. 14.

[*Λοι*]*μῶι θανούσης εἰμὶ* [*σῆ*]*μα Μυρ*(*ρ*)*ίνης.*

Kirchhoffii sunt supplementa. Commemoratur pestis; quae quo tempore Atticam vastaverit accuratius fortasse definire possumus, scil. circa ann. 520—510 a. Chr. n. Hunc enim ad morbum ab Atheniensium republica arcendum Hageladas Argivus, quem his annis floruisse ex tribus victorum statuis ab illo confectis efficitur, Herculis *Ἀλεξικάκου* imaginem conformavit; auctor autem, quem Plin. N. H. XXXIV. 49 exscripsit, sculptorem illum Peloponnesiacum errore ol. 87 (a. 432 a. Chr. n) fuisse tradit, quia propter titulum dedicatorium illius operi infixum universe de *λοιμῷ* quodam verba facientem de notissima illa belli Peloponnesiaci peste falso cogitavit; cfr. Loeschke Exc. zur Enneakrunosepis. Progr. Dorp. 1883 p. 25 sq, Robert in scholis ad Graecae artis historiam pertinentibus. Verum non extra dubitationem est, num revera *λοιμός* de peste dicatur; huc accedit, quod statua Herculis *Ἀλεξικάκου* etiam temporibus peste non laborantibus dedicata esse potest. — Litterae Atticae antiquiores: AꟻΘMMNRSV.

---

15. Fragmentum marmoris Pentelici *ἐν τῷ ἐκκλησιοπέδῳ τοῦ ἁγ. Νικολάου* in occidentali urbis parte inventum. Ex Koehleri apographo ed. Kirchhoff CIA. I. 476, inde Kaibel Ep. Gr. 12, Roberts Introd. to gr. epigr. I n. 50.

[*Ἐνθάδε σῆμα θανόντι φίλωι Χ*]*σενόφα*[*ντος ἀδελφῶι*]
[*Ἐνδόχ*]*σωι κατέθ*[*ηκεν, ἐπεὶ πάρος ὤλετ' ἄ*]*ηωρος.*

Versum priorem supplevit post Kirchhoffium Kaibel; alterius supplementa sunt Kirchhoffii. Haec carminis sepulcralis restitutio probabilitatem quandam habet, sed certius quidquam

effici nequit. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΕΦΙΣ; spiritus asper exprimitur littera Η.

16. *Basis fracta marmoris Pentelici, inventa Thorici. Athenis in museo centrali exscripsit Roehl. Ectypon chartaceum miserat Lueders.* Ed. Kirchhoff CIA. IV. 477[d] p. 49.

χιο . . . . . .
μνη[μ . . . . . .
ἀδελφὸς . . . . . οιχ . . . . .

Praeter haec nihil cognosci potest; sed hos fuisse versus certum. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΔΕΜΙΦΘ+

17. *Fragmenta duo marmoris albi, eruta e tumulo sepulcrali prope Velanidezam Atticae.* Composita ed. Staes Δελτ. ἀρχ. 1890 p. 27, inde Kirchhoff CIA. IV. 477[n] p. 188.

[Σώ]φρων, εὐ[ξύν]ετος Ξε[νάρη]ς πι[νυτ]ός, τὰ κάλ'[εἰδώ]ς
. . . . . .

Restituit Kirchhoff, in supplendo πινυτός se Dielsii invento usum esse professus; quae subsequuntur, perobscura. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΕΜΝΡΣΥΘ+.

18. Fragmentum marmoris albi a tribus partibus ut videtur fractum, inaedificatum muro prope Dipyli introitum sito. Edd. Koehler Ath. Mitth. X. 1885. p. 403., Kirchhoff CIA. IV. 477[i] p. 112.

[Σῆμά μ'ἐπ' Εὐκλεῖ, ξεῖ]νε, [πα]τὴρ Κάλ(λ)αισχρος ἔθ[ηκε].

Hunc titulum valde corruptum temptavit Kirchhoff post Koehlerum. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΕΝΡΡΣ+, sed iam Θ.

19. Fragmentum marmoris super portam sacelli S. Salvatoris prope Liopesi inaedificatum. Edd. Rangabé Ant. Hellén. I. 29, Ross Arch. Aufs. I. 218; ex Rossii apographo Kirchhoff CIA. I. 487, inde Kaibel Ep. Gr. 18.

. . . . . .
. . . . . *οὕ*]*νεκα πιστὸς ἔφυς.*

Ex carmine sepulcrali hoc versus frustulum superesse apparet. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΕΝΣΥ.

---

20. *Athenis; ex Lusierii museo misit Rosius.* Ed. Boeckh CIG. 913; inde Kirchhoff CIA. IV. 477ᵉ p. 49.

[*Ἡήδ᾽ εἰκ*]*ὼν ἔστι*[*ηκ*]*εν Ἀμεινίου· ἔστι δὲ ἄ*[*ρ᾽ αὐτῶι*]
[*μνῆμα δικαιοσύν*]*ης ἡείνεκα καὶ γενεᾶς.*

Titulum restituit Kirchhoff Boeckhii supplementis ex parte adhibitis; vs. 2 etiam *σαοφροσύνης* vel *φιλημοσύνης* poeta scripserit. — De voce *ἔστηκεν* sine spiritu aspero scripta v. Meisterhans Gr. d. att. Inschr.² p. 152 adn. 1313. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΝΣ; spiritus asper littera Η expressus; Ε pro *ει* in *ἡένεκα*, ΕΙ in *Ἀμεινίου*; *O* pro *ου* scriptum.

---

21. *Cippus fractus marmoris albi, repertus prope Velanidezam Atticae; τὰ γράμματα δὲν ἄρχονται ἀπὸ τοῦ ἄνω ἄκρου τῆς πλακός, ἀλλὰ μετὰ περιθώριον ἔξεχον ὀλίγον . . . . ἵδρυτο δὲ ἡ στήλη ἴσως ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ τύμβου.* Edd. Staes *Δελτ. ἀρχ.* 1890 p. 27 sqq., Kirchhoff CIA. IV. 477ᵒ p. 188.

Σῆμα τόδ᾽ ἐνγ[*ὺ*]*ς ἡοδοῦ Φι*[*λοδήμου κἀν*]*θεμ*[*ίωνος*]
ἡοὺς θα[*νάτου κίχε π*]*ότμος* . . . . . .

Titulum temptavit Kirchhoff; sed dubitanter. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΕΘΜΥΣΦ; spiritus asper signo Η expressus; interpunctionis nota ⁝ inter *ἡοδοῦ* et *Φι*[*λοδήμου*] adhibita.

---

22. Basis quadrata Athenis excavata. Ex apographo Leonis ed. Kaibel Ep. Gr. add. 1ᵃ; denuo ex apographo Roehlii Kirchhoff CIA. IV. 477ᵉ p. 48 sq.

Παι[*δὸς ἀπο*]*φθιμένοιο Κ*[*λεοί*]*του τοῦ Μενεσαίχμου*
μνῆμ᾽ ἐσορῶν οἴκτιρ᾽ ὡς καλὸς ὢν ἔθανε.

Defuncti pueri nomen invenit Kirchhoff. — Litterae Atticae antiquiores: ΕΘΜΣ; alpha lineam mediam paullulum inclinatam, ν utrimque lineas obliquas habet; interpunctionis nota ⁝ adhibetur ad versus dirimendos. In voce ὡς spiritus asper expressus non est, fortasse quia vocalis vocis praecedentis eliditur: cfr. n. 34. 7 *δ'οἱ* praeter *hοι, hήδε, hελπίδα,* CIA. I. 228. 16, 230. 14b. *παρ' Ἄβδηρα,* ceteroquin semper *Ἄβδηρα* sim.

---

23. *E schedis Mystoxydis quas ad Boeckhium misit Forchhammer inter Atticas* ed. Kirchhoff CIA. I. 473; inde Kaibel Ep. Gr. 10, Cougny Anth. Pal. III. 2. n. 9.

[Σῆμ]α τόδ' [ἐ]ν[γ]ὺς ὁδοῦ Θεοσήμου [στῆσα . . .
[ἀν]δρὸς ἐμο[ί τ]ε φίλου κἀγαθοῦ ἀνφ[ότερον.]

Supplementa sunt Kirchhoffii. *ἐμοί τε,* quod praeter *ἐμοῦ γε* et *ἐμοί γε* proposuit vir doctus, recepi Kaibelium secutus; *γε particula nisi plane inutilis sit, verendum ne ex ambiguo accipiatur.* In fine prioris versus nomen uxoris excidit, quod supplere iam nequimus. De crasi *κἀγαθοῦ* cf. n. s. n. 5. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΘΝ▷(ρ)ΣΥΦ, sed Ε; spiritus asper non expressus est littera.

---

24. *Fragmentum basis Pentelicae Eleusine immissum nunc muro domus cuiusdam.* Edd. Ross Arch. Aufs. II. 672 sq., Kirchhoff CIA. I. 478; inde Kaibel Ep. Gr. 14, Roberts Introd. to gr. epigr. 60, Cougny Anth. Pal. III. 2. 606.

[Α]ἰνείαι τόδε σῆ[μα πατὴρ hῶι παιδὶ θανόντι]
Τιμοκλῆς ἐπέ[θηκε . . . . . .

Supplevit Bergk Arch. Zeit. 1850 p. 172; Ross voluerat:

[Α]ἰνείαι τόδε σῆ[μα πατὴρ] Τιμοκλῆς ἐπέ[θηκεν].

Litterae Atticae antiquiores: ΕΕΜΜΣ, sed Α.

---

25. Fragmentum marmoris Pentelici repertum haud procul

ab Hephaesteo. Ed. Kirchhoff CIA. I. 474 et IV. p. 112.

. . . . . .
. . . καὶ] σὲ μένει θάνατος.

καὶ addidit Kirchhoff. Est altera pars pentametri. — Litterae Atticae antiquiores ΑΕΕΕΘΣ.

---

26. *Basis λίθου πωρίνου, effossa ad portam Acharnicam.* Edd. Pittakes Ἐφημ. 1139, Kirchhoff CIA. I. 486 et IV. p. 49.

Ἀντίου τόδε σῆμ[α . . . . . .

Pro Ἀντίου scripseris etiam [Μ]αντίου sive [Φ]αντίου. *Versus hic fuit hexameter, quem qui composuit trochaeum in primo pede admisit proprii nominis rationibus excusabilem et usu sancitum.* (Kirchhoff.) Similiter trochaeus invenitur in primo pede n. s. n. 49 Λϝεινία τόδε, n. 214b. Θηβᾶδης ἐποίησε, n. 224. 1 Αἰσχίνης ἀνέθηκεν, n. 258. 1 [Σμ]ικύθη μ' ἀνέ[θηκεν, n. 292 Σιμίων μ' ἀνέθ(η)κε, n. 348. 1. Νικίας με ἀνέθηκεν, n. 402 [Γλαυκί] α)ι με; in ceteris pedibus n. 46. 1 υἱοῦ Τλασίαϝο, n. 63. 3 Εὐω[πί]δης τόδε, n. 173. 1. Οἰνόβιος Λίωνος, n. 176 [Αι]μύρνος ἐνθάδε, 226. 1 Διονύσιο[ς τ]όδ', 342. 1. Ἀρτεμῆς Θεοκρίτου. Tribrachys pro dactylo usurpatur n. 39. 1 Θεοφίλη οὔποτε, n. 45. 2 Πολυνόϝας, n. 99. 6 Χίος ἀγαλλομένη, n. 135. 1 Κλεαγόρας, n. 169. 2 Κλεαγόρα, n. 191. 1 Πολ[ύ]ιδος (cf. Il. 5. 148 et 13. 663), n. 268. Λιογέν[ης] ἀνέθηκεν (aeque Homerus aliique sescenties), n. 319. 1 Θρασυμάχου παῖδες, n. 320. 1 [Θρασυ]μάχου παῖδες, n. 378. 2 Πυνταγόρας (cfr. Anth. Pal. VII. 374. 5 Πυνταγόρην). Creticus pro dactylo falso adhibetur: n. 6b Ηιπ(π)ό[στρατ]ος (σ)ῆμα, n. 66. 1 Ἀντιστάτης ηυός, n. 73. 3 Νικόβουλε ἠελίου, n. 255. 1 [καλὸν] Χαρῖνός [μ' ἀνέ]θηκεν, n. 268 ἀνέθηκεν Αἰσσχύλου, n. 271. 1 Αυσικλείδης ἀνέθηκεν, n. 331. 2 Ἀρτέμωνος παῖς σοι, n. 335. 3 Ἀριστονίκου πολύς, n. 375. 1 παῖς ὁ [Π]ίθωνος. Cetera exempla in quibus nomine proprio metrum violatur: n. 47. 2 Ἐπ' Ἀράθθοιο, n. 199. 2 [Ὄ]νασος Ὀ[ν]άσ[αν]τος, n. 213. 2 ἧς Χαιρίωνος, n. 340. 1 ἀνέθηκεν Κάλλωνος, n. 401. 1 Ξυνὸν Ἀθανοδώρου τε καὶ

Ἀσωποδώρου. In epigrammatis iambicis versus nomine proprio corrumpitur n. 44 *Δημαινέτης εἰμί* et n. 52 *Σελινώντιος*. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΝϟ, sed Ε.

---

27. Fragmenta duo magnae basis Athenis inter rudera muri Themistoclei a. 1832 reperta. Edd. Ross Arch. Aufs. II. 580 sq.; inde Kirchhoff CIA. I. 479, Kaibel Ep. Gr. 15, Roberts Introd. to gr. epigr. 57, Cougny Anth. Pal. III. 2. 15.

[Σ]ῆμα φί[λ]ου παιδὸς τόδε Δη[μάνθης κατ]έθηκεν
Στησίου, ὃν θάνατο[ς δακρυ]όεις καθ[έ]χει.

Titulum supplevit Ross praeter *κατέθηκεν* quod restituit Kirchhoff. Nomen proprium fuisse *Δημάνθης* incertum; etiam de nomine *Δήμαρχος* vel simili quodam cogitari potest. — Litterae Atticae antiquiores: ΑϝΜΓΦ, sed iam Θ; spiritus asper signo Η expressus.

---

28. *Tabula marmoris Pentelici a sinistra parte fracta, eruta in fundamentis ecclesiae τοῦ Εὐαγγελισμοῦ*. Edd. Pittakes *Ἐφημ.* n. 905; ex Koehleri ectypo Kirchhoff CIA. I. 481, Kaibel Ep. Gr. 16, Roberts Intr. to gr. ep. 58.

[Κρύπτει σῆμα τόδ . . . . .]ον ἀηώριον εἰς Ἀίδαο
[πᾶσι λιπόντα φίλοις πέν]θος ἀποιχόμενον.

Temptavit Kirchhoff; *τόδ* adiecit Kaibel. — Litterae Atticae antiquiores: ΑϝΕΝΡϟΓ, sed Θ; spiritus asper signo Η expressus.

---

29. *Basis marmoris Pentelici a dextra parte integra; eruta inter rudera aquaeductus ad turrem Andronici*. Edd. Pittakes *Ἐφημ.* 546, Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτυμβ.* 3477, Kirchhoff CIA. I. 480.

. . . . . *τόπωι* (?)
. . . . . *σῆμ]α θανόν[τος*
. . . . . *ου μνῆμ' ἐ[πέθηκε.*

Supplevit Kirchhoff. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΕΜΥΝ, sed Θ.

---

30. Inter antiquitates hominis cuiusdam Piraeei habitantem deprehensum, nunc museo Piraeensi inlatum *δισκοειδὲς μαρμάρινον λεπτὸν κατασκεύασμα εἰς δέκα τεμάχια, φέρον εἰκόνα διὰ χρωμάτων παριστῶσαν πωγωνοφόρον ἐπὶ θρόνου καθήμενον ἄνδρα.* Edd. Dragatses *Δελτ. ἀρχ.* 1889 p. 80 et p. 151 sq. (minusculis) et ex Lollingii apographo Kirchhoff CIA. IV. 422[14] p. 185.

Μνῆμα τόδ' Αἰνείου σοφίας ἰατροῦ ἀρίστου.

Titulus prope imaginem incisus habet litteras Atticas antiquiores partim rubro partim caeruleo colore ex ordine tinctas: Α Ε (*ε, η, ει*) Μ Υ Ο (*ο, ου*) Ρ Σ Φ. Ad titulum explicandum prior editor adposite affert Stephan. Byz. s. v. *Κῶς . . . ἦν δὲ Ἱπποκράτης τῶν καλουμένων Νεβριδῶν· Νέβρος γὰρ ἐγένετο διασημότατος τῶν Ἀσκληπιαδῶν, ᾧ καὶ ἡ Πυθία ἐμαρτύρησεν· οὗ Γνωσίδικος, Γνωσιδίκου δὲ Ἱπποκράτης καὶ Αἴνειος καὶ Ποδαλείριος, Ἱπποκράτους Ἡρακλείδης, οὗ Ἱπποκράτης ὁ ἐπιφανέστατος*; suspicatur enim ad illum Aeneum pertinere nostram inscriptionem.

---

31. Fragmentum basis marmoris Pentelici; nunc Athenis in museo societatis archaeologicae. Ed. Kirchhoff CIA. I. 490.

. . . . . *δικαιοσ]ύνης ἀρετῆς τε*
. . . . . *μων*

Versus hi fuerunt carminis, ut videtur, sepulcralis. (Kirchhoff) Pro *δικαιοσύνης* conicere possis *φιλημοσύνης* sive *σαοφροσύνης*. — Litterae Atticae; at sigma iam quattuor linearum est.

---

32. Cippus ad Dipylon in Ceramico exteriore repertus. Edd. Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 15, Curtius Arch. Zeitg. 1871. p. 29; Kaibel Ep Gr. 36, Kirchhoff CIA. IV. 491[12] p. 115, Cougny Anth. Pal. III. 2. 132.

Πυθαγόρου.
Προξενίας ἀρετῆς τε χάριμ προγόνων τε καὶ αὐτοῦ
ἐνθάδ' Ἀθηναῖοι Πυθαγόρην ἔθεσαν,
υἱὸν δημοσίαι Διονυσίου· ἱππόβοτον δὲ
πατρίδα Σαλυβρίαν ἵκετ' ἄχος φθιμένου.

Pythagoram e decreto populi Atheniensium loco publico concesso sepultum esse verba carminis, monumentum impositum privata opera nec Atticorum hominum cura elaboratum esse scripturae ratio testantur. (Kirchhoff.) — V. 2 ad *ἔθεσαν* cfr. n. 11. 1 *κατέθηκε θανοῦσαν* et n. 84. 2 *μήτερα ἔθηκα.* — Titulum circa medium quintum saeculum a. Chr. n. insculptum esse recte contendit Koehler Ath. Mitth. X. 1885 p. 366sq. propter antiquiorem litterarum speciem et monumenti formam stelis ante bella Persarum usurpatis similem. Litterae Ionicae vulgares, sed *β* et *ρ* angulares, non rotundae; *ν* utrimque lineas obliquas et *α* nonnumquam mediam sive in hanc sive in illam partem inclinatam habet (ΑΔΑ); O pro *ου* scriptum.

---

33. Columella marmoris Pentelici Piracci reperta. Edd. Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτυμβ.* 2961, Kaibel Ep. Gr. 73, Kirchhoff CIA. IV. 491[8] p. 114, Cougny Anth. Pal. III. 2. 152.

Ἀνθεμίδος τόδε σῆμα· κύκλωι στεφανοῦσ(ι)ν (ἑ)ταῖροι
μνημείων ἀρετῆς οὕνεκα καὶ φιλίας.
Ἡροφίλη *Ἀνθεμίς.*

Ad prioris versus asyndeton cfr. n. 7. 1 et n. 47. 1, cfr etiam 147. 1, 187. 1, 305. 1. Recte refert Kirchhoff *μνημείων* ad *οὕνεκα* et verba in hanc sententiam accipit: *circa undique coronis* (*hoc σῆμα Ἀνθεμίδος*) *ornare solent ἑταῖροι, ut memores se esse testificentur virtutis et amicitiae eius.* Cfr. n. 38. 1 *σῆς ἀρετῆς μνημεῖα Θεοφίλη οὔποτε λήσει,* n. 101. 8 *μνημεῖον φιλίας,* n. 153. 3sq.: *σωφροσύνης ἀρετῆς τε . . . . μνημεῖον,* n. 165. 2 *σῆς δ' ἀρετῆς καὶ σωφροσύν[η]ς μνημεῖον.* Quod attinet ad pentametrum, Kirchhoffio non adsentior, qui *οὕνεκα* sive a carminis auctore sive a lapicida pro eo quod debuerit *εἵνεκα* usurpatum esse putat; nam compluribus locis com-

probatur *οὕνεκα* pro praepositione adhibitum; cfr. Wilamowitz Eurip. Heracl. II. p. 83. — Koehler Ath. Mitth. X. 1885. p. 363 sq. titulum temporibus bello Peloponnesiaco prioribus tribuit, quia semel, scil. in voce *Ἡροφίλη*, vocalis *η* littera E expressa est. Litterae Ionicae vulgares, sed ΝΝ.

---

34. Tabula marmoris albi olim in planitie Academiae posita, nunc in museo Britannico. Edd. Boekh CIG. 170, Kirchhoff CIA I 442, Hicks Anc. gr. inscr. in the Brit. Mus. I. 37 p. 102 sqq., Kaibel Ep. Gr. 21; Cougny Anth. Pal. III. 2. 19.

a. *Ἀθάνατόμ με [θ]α[νοῦσι πολῖται σῆμ' ἀνέθηκαν]*
σημαίνειν ἀρετ[ὴν τῶνδε καὶ ἐσσομένοις]
καὶ προγόνους [. . . . . ἀρετῆς δὲ]
νίκην εὐπόλεμομ μνῆμ' ἔλαβον [σ]φ[ετέρας].

b. 5 *Αἰθὴρ μὲμ ψυχὰς ὑπεδέξατο, σώ[ματα δὲ χθὼν]*
τῶνδε, Ποτειδαίας δ' ἀμφὶ πύλας ἐ[δάμεν].
ἐχθρῶν δ' οἱ μὲν ἔχουσι τάφου μέρος, ho[ι δὲ φυγόντες]
τεῖχος πιστοτάτην helπίδ' ἔθεντο [βίου.]

c. *Ἄνδρας μὲμ πόλις hήδε ποθεῖ καὶ δ[ῆμος Ἐρεχθέως,]*
10 *πρόσθε Ποτειδαίας hοὶ θάνον ἐμ πρ[ομάχοις],*
παῖδες Ἀθηναίων, ψυχὰς δ' ἀντίρρο[πα θέντες]
ἡ[λλ]άξαντ' ἀρετὴν καὶ πατ[ρίδ'] εὐκλ[έισαν].

Versum primum restituit Kaibelii supplementis adhibitis Nauck Mél. Gréco-Rom. IV. p. 646, qui praeter hanc restitutionem proposuit: *θανοῦσι πόλις μνημεῖον ἔθηκεν*; vs. 2—4 supplevit Kaibel, vs. 5—12 Boeckh. — Epigrammata in honorem Atheniensium qui in pugna ad Potidaeam ol. 87. 1 (= 432 a. Chr. n.) commissa perierunt: cfr. Thuc. I. 63: *Ἀθηναίων δὲ αὐτῶν πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν (ἀπέθανον) καὶ Καλλίας ὁ στρατηγός.* Pausan. I. 29. 9: *τοὺς δὲ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις τῆς Ἀσιανῆς ἠπείρου διαφθαρῆναι (τὰ ἐλεγεῖα) δηλοῖ*; dicit Pausanias de columna quadam in Academia erecta, cuius epigrammata fortasse eadem sunt atque illa quorum fragmenta hic tractamus; cfr. etiam Demosth. de coron. p. 332. — Litteratura Attica vulgaris praeter ϝ, sigma iam

quattuor linearum est; EI pro *ει* in *Ποτειδαίας*, *ποθεῖ*, *τεῖχος*; E pro *ει* in *σημαίνεν*: O pro *ου* scriptum; spiritus asper expressus signo H, sed ΔΟΙ v. 4 = *δ' οἱ* cfr. n. 22. 2. Notanda forma Dorica *Ποτειδαίας* in titulo Attico.

---

35. Lapis Athenis ad urbem prope portam Acharnensem a. 1810 repertus. Edd. Boeckh CIG. 175, Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 16, Kaibel Ep. Gr. 26, Koehler CIA. II. 1675 (cfr. etiam Herm. 24. p. 92 sqq. et Beloch ib. p. 479 sq.), Cougny Anth. Pal. III. 2. 53.

Μν[ᾶ]μα [τόδ' ἐστὶ ἐ]πὶ σ(ώ)ματι κείμενο(ν) ἀνδρὸς ἀρίστου.
Πυθίων ἐγ Μεγάρω[ν] δαϊ(ξ)ας ἑπτὰ μ[ὲ]ν ἄνδρας,
ἑπτὰ δὲ ἀποῤῥήσας (λ)όγχας ἐπὶ σώματι ἐκείνων
εἵλετο τὰν ἀρετὰν πατέρα εὐκλείζων ἐνὶ δήμωι·
5. *οὗτος ἀνήρ, ὃς ἔ[σ]ωισεν Ἀθηναίων τρεῖς φυλὰς*
ἐκ Παγᾶν ἀγαγὼν διὰ Βοιωτῶν ἐς Ἀθήνας,
εὐκλέισε Ἀνδοκίδαν δισχίλοις ἀνδραπόδοισιν·
οὐδέ<δε>να πημάνας ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
εἰς Ἀίδα κατέβα πᾶσιν μακάριστος ἰδέσθαι.

Versibus subiuncta sunt verba:

φυλαὶ αἵδ' εἰσίν· Πανδιονὶς Κεκροπὶς Ἀντιοχίς.

Versum primum supplevit Kaibel; *μνᾶμα ὁράᾳς ἐπὶ* vult Herwerden Stud. crit. p. 23. — Vs. 2 de nominis proprii *Πυθίων* synizesi cfr. n. s. n. 7. — De versu 8 uno pede claudicante cfr. quae adnotavi ad n. s. n. 12. — Koehler qui res in epigrammate commemoratas anno 446 gestas esse evicit, Pythionem Megarensem paullo post pacem a Nicia factam occubuisse dicit; quae in tempora litterarum species bene quadrat; litteratura enim tituli Dorica dialecto conscripti est Ionica vulgaris, at *ν* nonnumquam lineas utrimque obliquas habet et O pro *ου* et E pro *ει* scriptum.

---

36. *Tabula marmoris Pentelici quam Athenis inventam incertum quo loco possidet societas archaeologica.* Ed. Kuma-

nudes *Ἀθην* X. 1881. p. 524 sqq. (litteris minusculis); commentario brevi instruxit Kirchhoff Herm. XVII. 1882 p. 623 sqq; idem una cum apographo iterum in lucem prodidit CIA. IV. 446ᵃ p. 108.

Ηοίδε παρ' Ηελλήσποντον ἀπώλεσαν ἀγλαὸν ἡήβην ·
βαρνάμενοι, σφετέραν δ' εὐκλέισαμ πατρίδα,
ἡώστ' ἐχθροὺς στεναχεῖμ πολέμου θέρος ἐκκομίσανιας·
αὐτοῖς δ' ἀθάνατον μνῆμ' ἀρετῆς ἔθεσαν.

Ad versum primum cfr. n. 2. 3: *νεαρὰν ἡήβην ὀλέσαντα* et [Simon.] ep. 89: *οἵδε παρ' Εὐρυμέδοντά ποτ' ἀγλαὸν ὤλεσαν ἥβην.* — V. 2. *βαρνάμενοι* cfr. G. Meyer Gr. Gr.² § 14 p. 13, Kühner-Blass Gr. Gr. I³ p. 155, p. 259. — *Memoriam his contineri eorum qui Alcibiade duce ad Hellesponti oras pugnantes ceciderunt monumentumque cuius partem eiusque potiorem tenemus, positum esse postquam is Athenas rediit ol. 92. 4 exeunte vel ol. 93. 1 ineunte (a. 408 a. Chr. n.) paucis demonstrare conatus sum in commentatione supra laudata neque iis quae ibi exposita sunt nunc habeo quae addenda esse videantur. Haereo tamen in scriptura monumenti quae remotioris paullum aetatis speciem prodere possit videri. Atque significavit mihi Koehler hanc speciem maxime conspicuam esse in formis litterarum quae sunt Alpha et Rho adhibitis. Itaque hanc dubitationem celare eos quorum interest nefas duxi, interim tamen perstans in ea quam supra indicavi sententia, donec ista aut solvetur dubitatio aut vera esse iustis argumentis demonstrabitur* (Kirchhoft). Litterae Atticae vulgares, at sigma quattuor linearum; spiritus asper signo H expressus est; E pro *ει* et O pro *ου* scriptum.

---

37. Fragmentum marmoris Pentelici; nunc Athenis in museo centrali. Ed. Kirchhoff CIA. IV. 462ᵃ p. 110.

Οἵδ' ἀρετῆς . . . . . .
ἡγεμόνων . . . . . .
φρά[ξ]ε[σ]θ[αι . . . . . .
— — — — — — — — — — — —

Restant trium versuum initia, quos fuisse carminis in defunctorum civium honorem compositi in aperto est. (Kirchhoff.). — Litterae Atticae vulgares praeter Ν; *figura litterae sigma qualis fuerit non satis liquet; puto tamen fuisse* ϵ; *spiritum bis neglexit lapicida, Ionico* Γ *semel usus pro Attico* Λ. (Kirchhoff).

38. Epistylium marmoris Pentelici, cuius inscriptionem Koehler Athenis in hypogaeis musei centralis exscripsit et edidit CIA. II. 2338.

[*Καλλίστ*]*ρατος Λυσιστράτη Νικοστράτη Κ*(*αλλίμαχος.*)
Ἐνθάδ' ἀνὴρ ἀγαθὸς κεῖται Καλλιστράτου υὸς
Καλλίμαχος φυ(*λ*)*ῆς Κεκροπί*(*δ*)*ος Μελιτεύς.*

Litterae Ionicae vulgares praeter *ν*, cuius utrimque lineae nonnumquam obliquae sunt; Ε pro *ει* scriptum in *κεῖται.* — Titulus medio quinto saeculo posterior est, quia defuncti nomini iam demoticon additum invenitur, id quod priore aetate usu non venit.

39. *Athenis sub anaglypho repraesentante mulierem sedentem, cui manum porrigit alia figura.* Edd. Boeckh CIG. 954, Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 2980, Kaibel Ep. Gr. 60, Koehler CIA. II. 3790, Cougny Anth. Pal. III. 2. 142.

Σῆς ἀρετῆς μνημ(*εῖ*)*α, Θεοφίλη, οὔποτε λήσει,*
σώφρων καὶ χρησιὴ καὶ ἐργατὶς πᾶσαν ἔχουσα ἀρετ<*ι*>*ήν.*

Ad versum priorem cfr. n. 33. 2. Nomen proprium metricis legibus adversatur; cfr. quae adnotavi ad n. s. n. 26. — Probum ectypi pentametrum corrupit is qui composuit hunc titulum vocibus *καὶ ἐργατὶς* insertis. Simili modo prior pentametri pars incondita est in his versibus n. s. n. 61. 2. *Φανοκρίτη παιδὶ χαριζομένη*, n. 123. 6 *γήραι καὶ φροντίδι εὐσεβίας ἕνεκα*, n. 140. 2 *Ἀρχιστράτην ἀνδρὶ ποθεινοτάτην.* — Litteratura Ionica vulgaris; titulum saeculo quarto esse antiquiorem Koehler existimat, si revera forma litterae Ν qualem dat Boeckh in lapide fuit.

40. *Tabula magna marmoris Pentelici cum anaglypho e vico, Βάρη Athenas translata; servatur in monasterio τῶν Ἀσωμάτων.* Edd. Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 3153, Kaibel Ep. Gr. 87, Koehler CIA. II. 3961, Cougny Anth. Pal. III. 2. 50.

Μνῆμα Μνησαγόρας καὶ Νικοχάρους τόδε κεῖται·
αὐτῶ δ' οὐ παραδεῖξαι ἀφείλετο δαίμονος αἶσα
πατρὶ φίλωι καὶ μητρὶ λιπόντε ἀμφοῖν μέγα πένθος,
οὕνεκα ἀποφθιμένω βήτην δόμον Ἄιδος εἴσω.

Verba epigrammatis primo obtutu non facilia sunt intellectu. Kaibel hoc poetam versibus 2. 3. voluisse putat: *fatum festinans prohibuit ne ipsi defuncti arte exhiberentur.* Contra hanc interpretationem Herwerden Mnem. 1882 p. 387 et Stud. crit. p. 22 recte: *Quid quaeso,* inquit, *prohibere potuit artificem quominus ad delineationem cadaverum raptim factam post obitum componeret anaglyphen?* Quod tamen ipse profert ad hunc locum corrigendum *αὐτῶ δ' οὐ παραδέξαι' — ἀφείλετο δαίμονος αἶσα* —, id nemini placere luce clarius est. Nec magis rectum mihi Koehler attigisse videtur, qui hos versus explicat: *sors liberos parentibus eripuit prohibuitque ne exemplo suo ad virtutem instituerent.* Equidem adstipulor anonymo cuidam recensenti in Berl. phil. Wochenschr. 1892 p. 598, qui loci obscuritatem hac explicatione e medio tollit: *Nur das Mal, das Bild der Mnes. und des Nik. steht hier; die Kinder selbst vorzustellen hat der Wille des Daemon den Eltern genommen.* — Litteratura Ionica vulgaris; O pro *ου* scriptum; contra vs. 2 *οὐ*; E pro *εἰ* in *ἀφέλετο, ἔσω,* contra *παραδεῖξαι* et *κεῖται.* Monumentum ad ultima saeculi quinti decennia relegandum esse putat Koehler.

---

41. *Tabula magna marmoris Pentelici cum aetomate et anaglypho; reperta esse dicitur ad vicum Μενίδι;* nunc Athenis in museo centrali. Edd. Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 3264, Kaibel Ep. Gr. 76, Koehler CIA. II. 4082, Cougny Anth Pal. III. 2. 146.

Πένθος κουριδίωι τε πόσει καὶ μητρὶ λιποῦσα
καὶ πατρὶ τῶι φύσαντι Πολυξένη ἐνθάδε κεῖται.

Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ov* scriptum. Koehler non dubitat, quin hoc monumentum saeculo quarto sit antiquius.

---

42. Thorici; lapis ubi nunc sit ignoratur. Ex Belgeri ectypo edd. Kaibel Ep. Gr. 23, Koehler CIA. II. 3820.

Καλλίμαχος

Καλλιμάχου μνημεῖον ἐν ἀνθρώποισι τόδ' ἔσται·
χαίρετε δ' οἱ παριόντες, ἐ[γ]ὼ δὲ λιπὼν πατρίδα ἐνθάδε κεῖμαι,
δύσμορος, οὐδὲ φίλους γονέας ἐπιδών.

Versus alter est hexameter uno pede longior; similiter legitur n s. n 66. 1: *Χαίρετε οἱ παριόντες. ἐγὼ δὲ Ἀντιστάτης υἱὸς Ἀτάρβου*; ceteros versus hexametros claudicantes collegi ad n. 88 et n. 12. Versus tertius pentameter mendosus esse videtur aeque ac n. 54. 2 *ἀλ(λ)' αὖθε πὲρ γᾶς ἰᾶσδε πολ(λ)ὸν ἀριστεύων ἔθανε.* — Litterae Ionicae vulgares; O pro *ov* scriptum in *ὀδέ, φίλος*, contra *Καλλιμάχου*. Koehler suspicatur titulum saeculo quarto esse antiquiorem.

---

2. RELIQUA.

43. In parietе lateris septentrionalis acropolis veteris Aegialae haud procul a vico Tholaria. Edd. Duemmler Ath. Mitth. XI. 1886 p. 97 sqq., Kirchhoff Stud.[4] p. 32, Roberts Introd. to gr. epigr. 158, Bechtel Abh. d. goett.. Akad. 1887 p. 152.

Δηϊδάμαν(τ)ι Πύγμας ὁ πατὴρ [τ]όνδ' οἶ[κον ἔτευξεν].

Inscriptionem enucleavit Kirchhoff; finem ipse temptavi. — Titulus duabus lineis sinistrorsum scriptus has litterarum formas exhibet: ΓΔΕΒ(h)ΙΜΛΓ(λ)ΡΣ(σ)ΤΥ; alpha mediam lineam paullulum inclinatam habet; omicron minoris quam reliquae mensurae. Kirchhoff hanc inscriptionem temporibus saeculo sexto prioribus tribuit.

---

44. Arcesinae, in lapide sepulcrali Edd Kumanudes *Ἐφημ. ἀρχ.* 1884 p. 85sq., Kirchhoff Stud.[4] p. 33, Roberts Introd. to gr. epigr. 158[d].

Δημαινέτης εἰμὶ μνῆμα τῆς Λαμψαγόρεω.

Trimeter iambicus esse videtur, cuius metrum nominibus propriis corrumpitur (cfr. quae adnotavi ad n. s. n. 26). — Titulus *βουστροφηδὸν* scriptus habet has litterarum formas: ΑΓΔΕΗ(η)ΙΙ(λ)ΜΝΟ(ο,ω)ΓΡ(ρ)ΣΤ; ΓΣ(ψ) Titulum temporibus saeculo sexto prioribus tribuit Kirchhoff.

---

45. Fragmentum lapidis a. 1819 Corcyrae repertum. Edd Boeckh CIG. 20 coll. p. 268, Kaibel Ep. Gr. add. n. 181[a], Roehl Inscr. Gr. ant. 340, Roberts Introd. to gr. epigr. 96, Blass Dial.-Inschr. III. 3186.

[*Στάλαν* . . . . .]*ίμου ματρὸς ἐγὼ ἡέστα*[*κ'*] *ἐπὶ τύμωι*
Πολυνόϝας· μ[*οῦνος δὲ πάις κατελεί*]*πετο ματρ*[*ός*].

Vs. 1. *Σᾶμα* suppl. Kaibel, [*Σᾶμ' Ἐχετ*]*ίμου* Roehl. *Si titulum no. 49 conferimus . . . . initio item v. στάλα melius suppleatur aliusque nomen pro Ἐχετίμου inseratur. Neque enim unquam in titulis antiquissimae aetatis . . . supra bustum sive tumulum (ἐπὶ τύμβῳ) ullum σῆμα commemoratur, cum hoc vocabulum potius pro toto sepulcro usurpetur.* (Loch De tit. sepulcr. p. 3) — De hiatus inter *ἐγώ* et *ἡέστα*[*κ'*] cf. n. s. n. 3. — *ἐπὶ τύμωι* cfr. n 48. — Vs. 2 *Πουλυνόϝας* Roehl contra dialectum; *Πωλυνόϝας* melius Wilamowitz ap. Kaibelium; attamen, ut adnotat Blass, nomine proprio error metricus excusatur (cfr. quae adnotavi ad n. s. n. 26) — Post nomen proprium littera quae *μ* esse videtur; cetera supplevit Blass. Kaibel hanc litteram pro *σ* accipiens proposuit: *σ*[*τοναχὰ δὲ ἡνιῶι κατελεί-*] *πετο ματρ*[*ός.*] — Titulus *βουστροφηδὸν* scriptus, ita ut litterae primae lineae sinistrorsum incisae inversae positae sint, has litterarum formas exhibet: ΑΑ<(γ)Β(ε)Ϛ(ι)Ρ(λ)Μ(μ)ΡΜ(σ) Υ(υ); ΕΒ(h).

---

46. Sepulcrum ex parvis lapidibus calcariis exstructum a. 1843 Corcyrae ad meridiem urbis hodiernae repertum est; infra summum lapidem in modum gisi eminentem titulus uno versu scriptus sinistrorsum currit. Edd. Rangabé Ant. Hellén. I n. 318, deinde praeter alios Ross Arch. Aufs. II. 563, Kaibel Ep. Gr. 342, Roehl Inscr. Gr. ant. 342, Roberts Introd. to gr. epigr. 98, Blass Dial.-Inschr. III. 3188, Cougny Anth. Pal. III. 2. 7.

Ηυιοῦ Τλασίαϝο Μενεκράτεος τόδε σᾶμα
Οἰανθέος γενεάν· τόδε δ'αὐτῶι δᾶμος ἐποίει·
ἧς γὰρ πρόξενϝος δάμου φίλος· ἀλλ' ἐνὶ πόντωι
ὤλειο. δαμόσιον δὲ καϝὸν [π]ο[τὶ πάντας ἀφῖκε·]
5. *Πραξιμένης δ'αὐτῶι γ[αία]ς ἀπὸ πατρίδος ἐνθὼν*
σὺν δάμωι τόδε σᾶμα κασιγνήτοιο πονήθη.

Menecrati, Tlasiae filio, hospiti, cum in fluctibus perisset, Corcyraei hoc cenotaphium exstruxerunt. — V. 1. *Τλασίαϝο* forma Ionica dialecto Doricae ab auctore huius poematii accommodata (cfr. Blass Miscell. epigr. p. 131 sq., Kühner-Blass Gr. Gr. I³ p. 79, Brugmann Gr. Gr.² § 79. 3 Anm. p. 120). De nomine proprio metrum violante cf. quae adnotavi ad n. s. n. 26. — De vocis *Οἰανθέος* synizesi cf. n. s. n. 7. — V. 4 post *δὲ* viderunt et exscripserunt: Mustoxides ΙΜΟΡΑΚ, Orioli ΝΟΑΚ, Philetas ΟΡΜΟΦΑΚ, Roehl ΟΙΜΟΦΑΚ. Quid supplendum sit, utique dubium. Roehlii coniectura *δαμοσίων δὲ καφῶν* (=*σκαφῶν* cfr. Ahrens Dial. II. 109. 110) *ῥόθιον, τὸν ἔθαψεν* iam propter formam contractam *καφῶν*, ut adnotat Blass, recipi nequit; huc accedit quod sensus quem praebent haec supplementa minus aptus mihi esse videtur. Fortasse legeris *δαμόσιον δὲ καϝὸν [π]ο[τὶ πάντας ἀφῖκε]* adhibitis restitutionibus Philetae *δαμόσιον δὲ κακ[ὸν προσεδέξατο πῆμα]* et Schneidewini Goett. gel. Anz. 1845 p. 941 sqq: *δαμόσιον δὲ καθί[κειο πένθος ἅπαντας]*. De littera koppa dicit Kirchhoff Stud.⁴ p. 106: Mangel des Koppa (im korkyräischen Alphabet) ganz sicher nur zufällig. — V. 5. *αὐτῶι* pertinet ad *ἐνθὼν* (Ross); Schneidewin vult *αὐτοῖ* i. e. *αὐτόσε*, sed causa

hanc formam ceteroquin ignotam fingendi mihi exstare non videtur. — *γαίας* supplevit Philetas. — V. 6. *πονήθη* activo sensu cfr. Archil. frgm. 12 (Hiller): *εἰ κείνου κεφαλὴν καὶ χαρίεντα μέλεα | Ἥφαιστος καθαροῖσιν ἐν εἵμασιν ἀμφεπονήθη.* (Kaibel). — Augmentum in voce *πονήθη* omissum formaeque *Τλασίαϝο* et *κασιγνήτοιο* Homerum resipiunt. — Titulus sinistrorsum incisus habet has litterarum formas: Α<(γ) Δ Β(ε, η) F Θ ⋚(ι) Κ Γ Μ Γ Ξ Ο(ο, ω) Γ Ρ Μ(ς) Τ Υ ϙ(koppa); Β⋚ = ει; ΟΥ = ου; interpunctionis signum ⋮ adhibitum ad singulos versus distinguendos.

---

47. *Cippus e lapide calcario factus, repertus a. 1846 Corcyrae prope sepulcrum Menecratis; inter effodiendum lapis in duas partes est fractus, nunc servatur in musco collegii* Edd. post alios Ross Arch. Aufs. II. 575 sqq., Kaibel Ep. Gr. 180, Roehl Inscr. Gr. ant. 343, Roberts Introd. to gr. epigr. 99, Blass Dial.-Inschr. III. 3189, Cougny Anth. Pal. III 2. 1.

Σᾶμα τόδε Ἀρνιάδα· χαροπὸς τόνδ' ὤλεσεν Ἄρης
βαρνάμενον παρὰ ναυσὶν ἐπ' Ἀράθθοιο ρhοϝαῖσι
πολλὸν ἀρισταεύ(ϝ)οντα κατὰ στονόϝεσ(σ)αν ἀϝυτάν.

Versum primum Ross cumque secuti Kaibel, Roehl, Roberts, Cougny ita legunt, ut ipse praebeo. Verum Blass, qui et asyndeto et patris nomine omisso offendit, priorum editorum ante Rossium interpunctionem recipiens scribit *Σᾶμα τόδε Ἀρνιάδα Χάροπος. τὸν δ' ὤλεσεν Ἄρης.* Attamen, ut adnotat Cauer Woch. f. klass. Phil. 1889. no. 25 p. 678, in aliis quoque inscriptionibus asyndeton eodem fere loco invenitur, ut no. 7. 1. *Σῆμα Φρασικλείας κούρη κεκλήσομαι αἰεί* et no. 33. 1. *Ἀνθεμίδος τόδε σῆμα· κύκλῳ στεφανοῦσιν ἑταῖροι* et nomen Martis sine epitheto in dialectum epicam ceteroquin usitatam male quadrat; huc accedit, quod patris nomen sine articulo aut voce *παῖς, υἱός* sim. rarissime in epigrammatis nobis occurrit. Itaque ipse quoque Rossii lectioni adstipulandum esse censeo; patris autem nomen in aliis quoque epitaphiis omissum est. Fortasse praeferas *τὸν δὲ* eum vero Mars per-

didit, ut particula *δὲ* tertio loco posita sit. – V. 2. *βαρνάμενον* cfr. no. 36. 2; de *ρhoϝαῖσι* vide ad no. 48; de *Ἀράϑϑοιο* cfr. quae adnotavi ad n. s n. 26. – V. 3. lapis habet ΑΤΥΟΤΥΙΤΜΣΙΑ, qua in voce litteram Τ alii viri docti (ut Roehl, Blass) errore additam, alii (ut Kaibel) falso pro ϝ a lapicida incisam esse putant. Equidem Kaibelii sententiam probo, quia in titulis his vetustis Corcyraeorum ad hiatum in mediis vocibus evitandum ceteroquin quoque ϝ insertum invenimus. — Titulus *βουστροφηδὸν* scriptus habet has litterarum formas: Α Γ (β) Δ Ꝑ (ε) Ꝑ Θ Ϛ (ι) Κ Ρ Μ Υ Ο Γ Ρ Μ (σ) Τ Υ Χ

48. Fragmentum columnae albae marmoreae a. 1866 Corcyrae haud procul a sepulcro Menecratis (n. 46) repertum. Post alios ed. Bergmann Herm. II. p. 136 sqq., inde Kaibel Ep. Gr. 181, Roehl Inscr. Gr. ant. n. 344, Roberts Introd. to gr. epigr. 100, Blass Dial.-Inschr. III. 3190, Cougny Anth. Pal. III. 2. 2.

Στάλα Ξενϝάρεος τοῦ Μhείξιός εἰμ' ἐπὶ τύμωι.

Ad *Μhείξιος* cfr. Roehl Inscr. Gr. ant. 514 in inscriptione Selinuntia MHECA[REI, *μhεγαλοῦ* in inscr. Att. n. 220. 2 et 221. 2; *λhαβών* in tit. Aeginet. n. 410, *Αhάβητος* Benndorf Gr. u. sicil. Vasenb. tab. XXIX. 3 (cfr. Kretschmer Kuhns Zeitschr. XXIX 1888 p. 445); *λhεών* in vasis fragmento *Ἐφημ.* 1886 tab. VII; *Αhεοντίς* in vase Corinthiaco Blass Dial.-Inschr. III. 3140[a]; *ξυνhῆ* in basi ahenea antiquarii Berolinensis n. s. n. 309. *Ἀνhαξίλεω* in vasi in acropoli Athenarum reperto Benndorf Gr. n. sicil. Vasenb. tab. XXIX. 15; *ρhoϝαῖσιν* in tit. Corcyraeo no 47. 2; *ϝhεκαδάμοε* in tit. Tanagraeo Roehl Insc. Gr. ant. 131; *ϝhέ* in tit. Pamphyl. Roehl ib. 505. 23. — De *τύμωι* cfr. nr. 451. — Titulus sinistrorsum una linea scriptus, ita tamen, ut proximae litterae margini appropinquantes deorsum deflexae sint, habet hanc scripturae speciem: Α Ꝑ (ε) Ꝑ (spir. asp.) Ꝑ Ϛ (ι) Ρ (λ) Μ Θ (ο) Ξ Γ Μ (σ) Τ Υ.

49. Lapis repertus a. 1874 apud veterem Corinthum, nunc Athenis in museo instituti Germanici archaeologici. Edd.

Lolling Athen. Mitth. I. 1876 p. 40sqq., Kaibel Ep. Gr. 463[a] add. p. 527, Roehl Inscr. Gr. ant. 15, Blass Dial.-Inschr. III. 3114, Roberts Introd. to gr. epigr. n. 85.

Δϝεινία τόδε [σᾶμα], τὸν ὤλεσε πόντος ἀναι[δής].

Supplevit Kirchhoff apud Lollingium. Monumentum cenotaphium fuisse videtur. — Titulus *βουστροφηδὸν* scriptus hanc litterarum speciem praebet: A B (ε) E (ει) F ξ (ι) ᴙ ᴉ (λ) M (σ); titulus ad priorem saeculi sexti partem pertinet.

---

50. Angulus lapidis defractus, in cuius margine litteratura dextrorsum currit; repertus prope rudera Anactorii. Ex Leake Travels in north. Greece IV. tab. XXXIV. n. 166 repetiverunt Boeckh CIG. 1794g, Roehl Inscr. Gr. ant. 330, Roberts Introd. to gr. epigr. 107, Blass Dial.-Inschr. III. 3176.

. . . . . *ολλυοσαμ* | . . . .

Roehl in his litteris hexametrum:

[*Πόντος* ⏑ – ⏑ *ἀπ*]*ώλλυ*᾽, *ὃς Ἀμ*[*πρακίαν ποτ*᾽ *ἔναιεν.*]

cognoscere mavult quam nomina propria, velut . . . . *ὄλλυος Ἀμι*[*άντου.*] Attamen quid fuerit in lapide, propter fragmenti exiguitatem discerni nequit. Verum quod Fick Goett. gel. Anz. 1883 p. 124 proposuit: *Ὄλλυο Σαμι*[*άδα* . . . . collato epigr. n. 201. 1. *Ὄλεο δὴ στυγερῷ θανάτῳ κτλ.*, probandum non est, quia ante *ολλυο* litteras perisse ex lapidis specie concludi potest — Litterae A ᴉ (λ) M □ ξ (σ).

---

51. Titulum in Acarnania septentrionali incertum quo loco repertum edd. praeter alios Boeckh CIG 1794[h], Kaibel Ep. Gr. 182, Roehl Insc. Gr. ant. 329, Roberts Introd. to gr. epigr. 106, Blass Dial.-Inschr. III. 3175, Cougny Anth. Pal. III. 2. 20.

Προκλείδας [*τ*]*ό*[*δ*]*ε σᾶμα κεκλήσε*[*τ*]*αι ἐνγὺς ὁδοῖο,*
ὃς περὶ τᾶς α(*ὐ*)*τοῦ γᾶς θάνε βα*(*ρ*)*νάμενος.*

Titulum propter litteraturam ex colonia quadam Corinthiorum,

fortasse Anactorio, oriundum esse docet Kirchhoff Stud.[4] p. 108. — V. 1 *Προκλείδα* corrigere Boeckh, ut sit genetivus, voluit. Nominativum *Προκλείδας* et Keil Arch. Zeitg. 1849 p. 594. Plut. Alc. c. 24, ubi *Ἀλκιβιάδης* nominatur hortus Tissaphernis, et Kaibel l. l. CIG. 2058 *ἕως οὗ ὁ ἥρως Σωσίας* allato defendere student. Sed haec exempla bene quadrare nemo contendet. In omnibus autem aliis epigrammatis similiter compositis genetivus hoc loco invenitur. Itaque Bechtel Dial.-Inschr. III. 3025 (cfr. Meister Dial. II. 272) *Προκλείδας* genetivum comprobare vult, contra quem quae affert Blass in Kuehner-Blass Gr. Gramm. I[3] p. 372 adn 1 nullius momenti sunt; nam id luce clarius hanc genetivi formationem in his dialectis non unicam, sed praeter vulgarem in usu tantum fuisse posse. Dittenberger animum meum benigne advertit in formas dialecti Tegeatae *ζαμίαν*, *ἐσδοκαῦ*, quae et ipsae genetivi formationem in aliorum nominum genere ceteroquin solemnem exhibent; unde cognoscitur dialectos Graecas haud raro in genetivis conformandis a vulgari usu abscessisse. — Litterae tituli dextrorsum scripti: A ϒ(*β*) C(*γ*) Δ B (*ε*, *η*) ⊕ I(*ι*) Λ (*λ*) ϒ O(*o*, *ov*) P ϵ(*σ*) V. Usurpantur igitur iam Ionicae formae I et ϵ iuxta B ϒ (aeque in Melo et Selinunte) ⊕.

---

52. Cippus marmoris Delphis repertus. Edd. Pomtow Monatsber. d. berl. Akad. 1887 p. 707 sqq., Blass Dial.-Inschr. III. 3044.

Οἴμοι ὦρχέδ[α]με ho Πυθέα Σελινώντιος.

Titulum enucleavit Kirchhoff apud Pomtowium. — Inscriptio est trimeter iambicus cuius metrum ethnico violatur (cfr. quae adnotavi ad n. s. n. 26); legendum enim est:

Οἴμ᾽ ὦρ|χέδαμ᾽| ὁ Πυ|θέα|Σελινών|τιος.|

ὦρχέδαμε i. q. *ὦ Ἀρχέδαμε*; cfr. quae adnotavi ad n. s. n. 5. — Titulus *βουστροφηδὸν* scriptus habet has litterarum formas: A Δ E ⊕ I(*ι*) ϒ M ϒ O(*o*, *ω*) ϒ ϵ ϵ TX; H(h). Inscriptionem sexto a. Chr. n. saeculo tribuit Pomtow.

---

53. Lapis Pari in angulo domus Marci K. Damiae inversa positura inaedificatus. Ed. Em. Loewy Arch.-epigr. Mitth. XI. 1887 p. 185. 187 n. 1.

[*Ἔνθ᾽*]*ἐμὲ Πυθῶναξ ho M* . . . . . .
[*μν*]*ῆμα κασιγνήτηι παρθ*[*εν* . . . . . .
. . . . . *θ*]*υγατρὸς ἀρ*[*ίστης*(?) . . . . . .

Supplevit Loewy. — Litteraе: Α Λ (γ) Ε. Η (η et h) Θ Ι ΚΜΝR ξ V X Χξ (ξ) Ο (ω) Ω (ο). Hic quoque titulus sexto saeculo tribuendus esse videtur.

---

54. In pago *Ὀζοὺν Καραλὰλ* eparchiae Karditzae repertum ed. Kirchhoff Herm. XX. 1885 p. 157, Roberts Introd. to gr. epigr. 237[b].

Μνᾶμ᾽ ἐμὶ Πυρ(ρ)ιάδα, hὸς οὐκ ἠπ|*ί*|*στατο φεύγειν·*
ἀλ(λ)᾽ αὖθε πὲρ γᾶς τᾶσδε πολ(λ)ὸν ἀριστεύων ἔθανε.

Versum priorem esse hexametrum omnes viri docti consentiunt; *ἐμὶ* dictum pro *ἐμμὶ* (cfr. Kirchhoff, G. Meyer Gr. Gr.[2] p. 282). *ὃς* scriptum contra leges metricas, nam *ὡς* non convenit huic loco; cf. quae adnotavi ad n. s. 12. An praestat *μνᾶμ᾽ ἐ(π)ὶ Πυρ(ρ)ιάδαε, ὅς*? (Wilamowitz Ind. schol. Gott. 188[5]/[6] p. 13.) — De hiatu qui exstat inter *Πυρ(ρ)ιάδα* et *hὸς* cfr. n. s. n. 3. — De versu altero Kirchhoff putat eum qui composuit hanc inscriptionem pangere voluisse pentametrum quod male ei contigerit; cfr. no. 47. 3: *πολλὸν ἀριστεύ(ϝ)οντα κατὰ στονόϝεσ(σ)αν ἀϝυτάν* et 51. 2 *hὸς περὶ τᾶς α(ὐ)τοῦ γᾶς θάνε βα(ρ)νάμενος*. Pentameter mendosus invenitur etiam n. 42. 3: *δύσμορος, οὐδὲ φίλους γονέας ἐπιδών*. Id mihi quoque maxime probabile est. Usener Altgr. Versb. p. 32 sq. duos esse versus contendit, scil. dimetrum iambicum catalectum et tetrapodiam dactylicam catalectam. Haeberlin Wochenschr. f. kl. Phil. 1888 p. 1221 n. 40 augmento verbi *ἔθανε* deleto heptapodiam iambicam construit. — Titulus, qui has habet litterarum formas: Α D (δ) Ε (ε, η) Φ Β (h) Μ Ν Ο (ο, ω) R (ρ) S ϟ (σ) V Φ, circa a. 500 a. Chr. n. lapidi incisus est (cfr. Kirchhoff).

---

55. In vico Hadji-Amar prope Pharsalum lapis oblongus ecclesiae dirutae portae liminis superioris loco immissus. Edd. Heuzey et Daumet Miss. archéol. de Maced. n. 199, inde Roehl Insc. Gr. ant. 325; melius ed. Lolling Ath. Mitth. VII. 1883 p. 221, inde Fick Dial.-Inschr. I. 324, Cauer Del.² n. 393, Roberts Introd. to gr. epigr. n. 239.

[*Μνᾶμα τ*]*όδ' ἁ μάτηρ Διοκλέαι ἔσσταο' Ἐχεναῖς*
[*πολλὰ γο*]*ῶσα ὅτ' ἀνώρως ὄλετο ὢν ἀγαθός·*
[*αἰαῖ, Διο*]*κλέα, τεὸς ἀδελφεὸς ἔσσται πηλοῦ·*
[*πᾶς δὲ κ*]*ατοικτίρας ἄνδρα ἀγαθὸν παρίτω.*

Titulus a sinistra parte fractus nonnihil difficultatis praebet. Cum autem inscriptio *στοιχηδὸν* incisa sit neque de versus quarti supplementis dubitare possimus, iam constat. quot litterae in initiis singularum linearum interierint. Qua re perspecta Wilamowitz Ind. schol. Gott. 188⁵/₆ p. 13 sq. recte in primordio epigrammatis [*μνᾶμα τ*]*όδ'* legendum esse adnotat (*Διοκλέαι* per synizesin legendum cfr. n. s. n. 7. de hiatu inter *Διοκλέαι* et *ἔσσταο'* cfr. n. s. n. 3); idem restituere conatus est versus 2. 3. In capite versus 2 pro *πολλὰ* scribi posse *λυγρὰ* Wilamowitz ipse adnotat; etiam *δακρυχέουσα* hic fuisse conieceris (*δάκρυ χέουσα* Cauer). Quae restant de versu secundo. legit Lolling, cui assentitur Wilamowitz; admittitur tamen pentameter caesura carens, ad quem comprobandum exempla quantum video afferri nequeunt. *ἄνωρος* pro *ἄηωρος* invenitur etiam in titulis Cretensibus (cf. G. Meyer Gr. Gr.² p. 216). Iam dubitaveris, an Roehlii et Caueri coniecturam *ὅτ' ἀνὼρ ὡς ὄλετο ὢν ἀγαθός* praeferendam esse existimes! Attamen *ἀνώρ* pro *ἀνήρ* inaudita forma est. — V. 3 si revera in lapide exstat ΓΕΛΟ et sic lapicida scribere voluit, nihil iam restat, nisi ut cum Lollingio ΙΒΑΝ colore additum fuisse ad Roehlii coniecturam *λοιβὰν* efficiendam putemus; praeterea una cum Roehlio *ἔσσταγε* pro Attico *ἔσσταξε* accipienda est. Cum iam in capite versus de vocibus *Διο*]*κλέα, τεὸς ἀδελφεός* dubitatio nulla sit, cum Hillero in sched. epigr. totum hexametrum sic suppleveris: [*ἐν δ', ὦ Διο*]*κλέα, τεὸς ἀδελφεὸς*

ἔσσιαγε λο[ιβάν. Verum aoristus *ἔσσιαγον* nullo pacto tolerari potest. Itaque magis mihi arridet coniectura Wilamowitzii, qui ϟ in Γ commutans in fine versus *ἔσσια πηλοῦ* sive *πηλῶ* scribendum esse censet; cfr. versus *σπονδιάζοντας* ap. Hom. *δήμου φῆμις, ἠῶ δῖαν* et Anth. Pal. XIV. 76 in oraculo quodam *Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς· μέγα μ' αἰτεῖς, οὔ τοι δώσω.* Idem in initio versus fuisse *αἰαῖ* bene suspicatur (cfr. Kaibel Ep. Gr. 99. 4, 418. 5). *Τεός*, ut adnotat Wilamowitz, per eam correptionem excusatur, quam in versu Praxillae (fragm. 1 in Anth. lyr. Hill.) indicat Hephaest. 22. De *ἔσσια* Wilamowitz dubitat, utrum morienti Diocli an sepeliendo defuerit frater; verum illa vox, cum de sepultura vix bene dici possit, sic est intellegenda, ut iste in pugna ubi Diocles fortiter pugnans obiit procul ab eo affuerit. — Litterae hanc habent speciem: ΑΕΔΘΝΡϟΥ(χ).

---

56. Ad vicum Palaeopanagiam horae fere spatio a Thespiis occidentem versus lapis ecclesiae S. Blasii inaedificatus. Titulum ex apographo a se ipso confecto primus ed. Ross in Epist. epigr. ad Aug. Boeckh. Halis 1850 p. 12; deinde post alios Kaibel Epigr. Gr. 486, Roehl Inscr. Gr. ant. 146, Roberts Introd. to gr. epigr. 208, Meister Dial.-Inschr. I. 765, Cougny Anth. Pal. III. 2. 23. Monumentum iterum accurate examinatum publici iuris fecit Lolling Sitzgsb. d. Berl. Akad. 1885 p. 1037 n. 70; inde Dittenberger IGS. I. 1880.

Μνᾶμ' ἐπ' Ὀλιγείδαι μ' ὁ πατεὶρ ἐπέθεικε θανό[ν]τι
Ὅσ[θ]ιλος, ὦ[ι] πένθος θῆκεν ἀποφθίμενος.

Post accuratam Lollingii lectionem de tituli litteris iam dubitari nequit. — V. 2 habet lapis, ut omnes uno consensu praebent editores, □ϟ; sed cum *ὡς πένθος θῆκεν* neque per se recte dictum sit neque asyndeton tolerabile videatur, Dittenberger, ut iam Keil Arch. Anz. 1850 p. 208 aliique, dativum pronominis relativi restituit lapicidam syllaba antecedente in errorem inductum esse iudicans. — Titulus *στοιχηδὸν* scriptus ita ut singuli versus undenis litteris contineantur;

litterarum formae: ΑΑΛ(γ)ΒΕ(ε, ει) Η(ϑ) ΙΜΝ Ο(ο)ΓΠ(π) ΡΣΦ.

57. *Magnus lapis eius generis quod vocatur πῶρος .... Pars postica et latus dextrum laevigatum. In fronte margo, qui a sinistra et superiore parte titulum a habet, linea insculpta a reliqua planicie separatur. In interiore planicie praeter titulum b, qui est prope marginem sinistrum, figurae quaedam lineis insculptis descriptae. Tanagrae (Skimatari) in museo.* Ex Lollingii apographo edidit Dittenberger IGS. I. add. n 3501.

a.

[Πωταλὶς] ἀ[νδ]ρ[ὶ φίλωι σιάλ]αν ἐ[πέ]ϑη[κε] ϑανό[ντι] Μ[αντιϑέωι] ξενίαν ἱππασύναν τε σοφῶι.

b.

Πωταλίς.

Sic hoc epigramma restituendum existimo; nomen viri quale fuerit pro certo definiri nequit, ac ne illud quidem dubitatione caret, quod sumpsi Πωταλίς (b) uxoris nomen esse. Ceterum vocabulum σιάλαν quod reposui, a litterarum ductibus quos Lollingius enotavit, non uno nomine discrepat. Multo propius ad eos accederet μνάμαν, sed id sic usurpari posse pro μνᾶμα vel μναμεῖον non puto. (Dittenberger). — Litterarum species: ΑΕΕΘΝΣΥΦ; spiritus asper signo Η expressus; interpunctionis nota ⁝ adhibita ad pentametrum ab hexametro distinguendum.

---

58. Haliarti lapis muro orientali ecclesiae S. Constantini inaedificatus. Edd. Schmidt Ath. Mitth. V. 1880 p. 132 n. 26, ex Lollingii apographo et Schmidtii ectypo Roehl Inscr. Gr. ant. 149 (cfr. etiam Larfeld Syll. inscr. Boeot. p. 82 n. 142[b], Meister Dial.-Inschr. I. 661, Roberts Introd. to gr. epigr. 224), Dittenberger IGS. I. 2852.

Καλλία Αἰγίϑ(ϑ)οιο· τὸ δ' ἐν πρᾶσ(σ)', [ὦ] παροδῶτα.

Restituit hexametrum Roehl. Verum quod idem colloquium

esse viatoris et Calliae defuncti monet aetatem horum lusuum nihil curans, Wilamowitz Ind. schol. Gott. 188$^{5}/_{6}$ p. 13 recte adversatur, ipse inscriptionem ita interpretans: *loquitur monumentum se esse Calliae Aegisthi filii*; *valeant praetereuntes.* Sed cum genetivus per se adhibitus in titulis Boeoticis permiri aliquid habeat, *Καλλία* pro nominativo intellegendus esse videtur (cf. n. s. n. 288 et n. 411); epigrammatis igitur auctor mortuum ipsum loquentem inducit. — Genetivus *Αἰγίϑ(ϑ)οιο* alienus a dialecto Boeotica epicum sermonem resipit; idem cadit in *πρᾶσσε* pro *πρᾶττε* usurpatum. — Litterae: Α Γ ▷(δ) Ε⊕ΙΟ(ο, ω) ΚΣΥ.

---

59. *Lapis inaedificatus inversa positura in meridionali pariete ecclesiolae S. Lucae quae est in vico Kakosi.* Ex apographo Prokeschii ed. Rangabé Ant. Hellén. I, 31; inde Rossii schedis adhibitis Keil Syll. inscr. Boeot. 60^{a} p. 170 (cf. etiam Kaibel Ep. Gr. 487); ex Rossii et Lollingii apographo Roehl Inscr. Gr. ant. 167; inde Meister Dial.-Inschr. I. 744, Roberts Introd. to gr. epigr. 213, Cougny Anth. Pal. III. 2. 24. Denuo exscripsit Lolling Sitzgsber. d. Berl. Akad. 1885 p. 1037 n. 76; inde Dittenberger IGS. I. 2247.

Ἀσσιοῖ[ς] καὶ ξείνοισι φανεὶς φίλο[ς ἐνϑάδε κεῖμαι.]
[ὅ]ς πο[τ'] ἀρισσιεύων ἐν προμάχοι[ς ἔϑανον.]

Exorsum versus prioris supplevit Kaibel eumque secuti Roehl, Meister, Dittenberger, alii *εἰμὶ* . . . . .; insecutum esse nomen mortui nunc iam deperditum. Keil proposuerat *ἐνϑάδε κεῖται* (nomen defuncti erat infra incisum) vel *Εὔκλος ὅδ' ἐστί.* Finem versus alterius restituit Keil *ἐν προμάχοι[σι πέσεν]*, Kaibel *ἐν προμάχοι[ς ἔπεσον]*, Dittenberger *ἐν προμάχοι[ς ἔϑανεν.]* Inter has coniecturas quae verum attigerit dici nequit; mihi maxime placet v. 1 *ἐνϑάδε κεῖμαι* et v. 2 *ἐν προμάχοις ἔϑανον.* Ad v. 1 cf. [Plat.] epigr. n. 6 (Hiller Anth. lyr. p. 138): *Ἄρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε καὶ φίλος ἀστοῖς.* — Litterae: ΑΕ(ε, η) Μ ΝΚΣΥΦΨ(χ); ΨΣ(ξ).

---

60. Stele marmoris Naxii Tanagrae reperta, nunc in museo Tanagraeo; titulus sub anaglypho duorum virorum nudorum qui inter se amplectuntur. Primus ed. titulum Kumanudes Ἀθην. II. 1874 p. 405; veram tituli speciem expressit Robert Arch. Zeit. 1876 XXXIII. p. 148 sqq.; inde Kaibel Ep. Gr. 484, Roehl Inscr. Gr. ant. 265, Meister Dial. - Inschr. I. 875, Roberts Introd. to gr. epigr. 219, Dittenberger IGS. I. 579.

Ἀμφάλκεις [ἔ]στασ' ἐπὶ Κιτύλοι ἠδ' ἐπὶ Δέρμυι.
Δέρμυς *Κιτύλος.*

Litterae: A ⋮ (ε, ει, η) L M O P ⋮ Y Φ. Bruno Sauer Ath. Mitth. XVII. 1892 p. 41 inscriptionem inter annos 540—500 incisam esse comprobat.

---

61. Marmor Erythris repertum, inde Smyrnam translatum. Repetivit ex *Μουσ. κ. Βιβλιοθ. τῆς εὐαγγ. σχολ.* Smyrnae 1878 p. 60 meliore apographo Lollingii adhibito Kaibel Rh. Mus. XXXIV. 1879 p. 183 sq. n. 229[a]; cfr. etiam Roehl Insc. Gr. ant. 495, Roberts Introd. to gr. epigr. 141.

. . . . . τόδε σῆμα μήτηρ ἐπέθηκε θανόντι
Φανο[κ]ρίτη παιδὶ χαριζομένη.

Metrum huius tituli corrumpitur et voce *μήτηρ* in hexametro usurpata et pentametro tribus vel duabus syllabis breviore. Haec vitia metrica Roehl eo tollere conatur, ut lapicidam inscriptionem

. . . . . τόδε σῆμα ἐπέθηκε θανόντι
Φανοκρίτη μήτηρ παιδὶ χαριζομένη

voce *μήτηρ* transposita turbasse contendat. Sed haec explicatio vix multum probabilitatis habet; multo magis mihi placet sententia Wilamowitzii Ind. schol. Gott. 188$^5/_6$ p. 13, qui Phanocritam tale exemplum, ut *Καλλιμάχῳ τόδε σῆμα πατὴρ ἐπέθηκε θανόντι | Κάλλων τηλυγέτῳ παιδὶ χαριζομένη* in suum usum adhibens metrum parum curasse censeat. De

hexametris mendosis cf. quae adnotavi ad n. s. n. 12; Usener Altgr. Versb. p. 33 hoc quoque disticho metricam doctrinam a se propositam fulcire frustra conatur (cfr. quae adnotavi ad n. 88). — De pentametris claudicantibus cfr. n. s. n. 39. — Titulus habet has litterarum formas: Α Δ Ε Ι Η(η) Θ Ι Κ Μ Ν Ο Γ Ρ Ξ Τ Φ + (χ).

---

62. Lapis a sinistra parte defractus olim Spartae muro ecclesiolae infixus, nunc Athenis in museo. Edd. Ross Arch. Aufs. I. p. 7, Neubauer Herm. X. 1876 p. 153, Kaibel Ep. Gr. 472, Roehl Inscr. Gr. ant. 54, Loewy Inschr. gr. Bildh. 22, Roberts Introd. to gr. epigr. 248.

[*Γ*]*λαυκατί*[*ας* . . . . . .
. . . . . *μνᾶμα, καλᾶς* . . . .
. . . . . *ιδα* h*υιύς*.
Παι[*δίας* vel sim. *ἐπόει*].

Hanc fuisse tituli indolem putat Roehl. Neubauer, cuius lectionem Kaibel comprobat, sic inscriptionem temptavit:

[*Γ*]*λαυκατ*[*ία με μ*]*νᾶμα Κάλας* [*ἔθετ' Ἀνθ*]*ίδα υἱύς*.
Παι[*δίας* vel sim. *ἐπόει*].

sed in his supplementis mirandum esse, quod cum de eius qui sepelivit origine edoceamur, nihil de sepulti patre atque de affinitate Glaucatiae et Calae dicitur, recte adnotat Roehl. Sed Roehl ne ipse quidem verba tituli nobis servata ita disposuisse mihi videtur, ut pristinum eorum ordinem reppererit. Cum tamen melius quidquam proferre nequeam, restitutiones horum virorum attulisse satis habeo, aliis maiore fortuna verum inveniendum relinquens. — Titulus *βουστροφηδὸν* scriptus habet hanc litterarum speciem: Α D(δ) Μ Ν Ϟ(σ) Υ Β(h). Propter litterae sigma formam vetustam Kirchhoff Stud.[4] p. 152 sqq. titulum ante ol. 75 (= 480 a. Chr. n.) insculptum esse censet.

---

63. Chii, lapis ad sinistram fractus, in vico Kurunia in septentrionali insulae parte sito penes G. Cotzatum. Edd. Haussoullier Bull. de corr. Hellén. III. 1879 p. 316 sqq, Roehl Inscr. Gr. ant. 382, Roberts Introd. to gr. epigr. 150, Cougny Anth. Pal. III. 2. 125.

Ἐσλῆ[ς] τοῦ[τ]ο [γ]υναικὸς ὁδὸν παρὰ τ[ή]νδε τὸ σ[ῆ]μα
λεωφόρον Ἀσπασίης ἐσ[τ]ὶ καταπθιμ[έν]ης·
ὀργῆς δ' ἀ[ντ'] ἀγαθῆς Εὐω[πί]δης τόδε μν[ῆμ]α
αὐτῆ(ι) ἐπέστησεν, τοῦ παράκοιτις ἔην.

Notandus est usus pronominis *τοῦτο*, quod epidictica vi usurpatum esse in inscriptionibus vetustis negaverunt Junghahn De Simon. Cei epigr. Jahresber. d. Louis. Gymn. Berlin 1869 et Kaibel Jb. f. klass. Phil. 105 (1872) p. 783 sqq., Quaestion. Simon. Rh. Mus. XXVIII. p. 436 sqq. — V. 1 ad *ἐσλῆς* cfr. *ἐσλός* in tit. Amorg. n. 191 et *hεσλός* in titulo Arcad. n. 309. 4. — V. 2 *λεωφόρον* per synizesin legendum cf. n. s. n. 7; *καταπθιμένης* cfr. *ἄπθιτο* in tit. att. — V. 3 cfr. *στυργᾶς ἀντιτίνουσα χάριν* in Bull. de corr. Hellén. III. 1879 p. 327. n. 17; nomine proprio metrum violatur, cfr. quae adnotavi ad n. s. n. 26. — V. 4 notandum *τοῦ* vim pronominis relativi habens in titulo Ionica dialecto scripto; *ἔην* forma homerica. — Litterae Ionicae vulgares; memorabiles ΥΦ; O pro *ου* scriptum. Titulus priori quinti saeculi parti adscribendus.

---

64. Fragmenta quattuor tabulae marmoris Pentelici Athenis reperta; unum a dedit iam Boeckh CIG. 166, a et b ed. Kirchhoff CIA. I. 441 (cf. Kaibel Ep. Gr. 20, Roehl Inscr. Gr. ant. 36), c et d Kirchhoff CIA. IV. p. 107; omnia quattuor dat Prellwitz Dial.-Inschr. III. 3266.

Hic titulus catalogum militum in proelio quodam occisorum continebat. *Sermonis et litteraturae indicio fretus Boeckh conclusit esse haec nomina Cleonaeorum illorum qui cum Argivorum copiis Atheniensibus ol. 80. 4 (458) auxilio profecti in pugna Tanagraea occubuerant quosque in Ceramico sepultos esse memorat Paus. I. 29. 7.* Supra hunc indicem

per columnas duas dispositum incisum erat carmen in honorem defunctorum quod in dextero tabulae margine continuatum fuisse ex tabulae reliquiis elucet. Attamen cum titulus undique sit mutilatus, de illius epigrammatis forma nihil certi dici potest; restant tantummodo haec carminis verba, de quorum prisca collocatione nihil constat:

in superiore margine:

. . . . . ἐν Ταν]άγραι Λα[κεδαιμονι . . . .
. . . . . ι πένθο[ς . . . . .

in dextro margine:

. . . . . μαρνά[μενοι . . . . .

vel alius eiusdem participii casus.

Kirchhoff versum priorem fuisse: [Τοίδε ποκ' ἐν Ταν]άγραι Λα[κεδαιμονίοις ἐμάχοντο sim.] suspicatur. — Species litterarum: A E D ⊕ M N ⊢(λ) ϙ(koppa) ⊢⊢(ξ) R ⊰ Φ +.

---

65. Lapis Imbri in urbe Kastro repertus, mutilatus a sinistra et dextra parte. Ed. Durrbach Bull. de corresp. Hellén. 1889 XIII. p. 430.

τ ι α ν ο ι κ ε τ ο .
. π α ν δ α μ α τ ο |ρ
. τ ρ ε ς μ ε τ α π .
α . . ι α ι δ α μ α .

Titulus στοιχηδὸν scriptus ita mutilatus est, ut mihi non contigerit, ut inscriptionem enucleem; v. 2 inesse πανδαμάτωρ quod epitheton voci χρόνος nonnumquam tribuitur (cfr. Anth. Pal. III. 2. 163 v. 8) iam intellexit Durrbach. — Litterae vulgares praeter N ⊰. Titulum ad alteram quinti saeculi partem pertinere adnotat Durrbach.

66. Lapis Aeginae repertus, inde Athenas delatus. Edd. Kirchhoff Monatsb. d. berl. Akad. 1873 p. 265 sqq, Kaibel

Ep. Gr. 22, Roehl Inscr. Gr. ant. 368, Roberts Introd. to gr. epigr. 128.

Χαίρετε οἱ παριόντες· ἐγὼ δὲ Ἀντισθένης υἱὸς Ἀτάρβου
κεῖμαι τῆιδε θανὼν πατρίδα γῆν προλιπών.
Ἀντισθένης Ἀθηναῖος.

In priore versu Kirchhoff errore lapicidae Μ excidisse ratus legendum esse suspicatur *χαίρετέ μοι παριόντες*; sed articulus *οἱ* postulatur neque deesse potest. Mirum tamen, quod spiritus asper in voce *υἱός* littera Η expressus in articulo *οἱ* omissus est. Hiatus autem, ut adnotat Fick Goett. gel. Anz. 1883 p. 123, excusatur, quia est in caesura dactylica post primum versus pedem. De nomine defuncti metrum violante cfr. quae adnotavi ad n. s. n. 26. Hexameter uno pede longior; cfr. n. s. n. 42. De hiatu inter *χαίρετε* et *οἱ* cfr. n. s. n. 3. — Litterae: Α Ε (*ε, ει, η*) Θ Ν Ο (*ο, ου, ω*) Ρ Σ Υ. Titulum dialecto Attica et Aeginetica litteratura conceptum c. ol. 83 (= 448 a. Chr. n.) incisum esse adnotat Kirchhoff l. l. et Stud.[4] p. 114.

---

67. Tabula triangula lapidis calcarii Aeginae a. 1854 reperta. Edd. Pittakes *Ἐφημ.* 2649, Kaibel Ep. Gr. 188, Roehl Inscr. Gr. ant. 362, Robert Introd. to gr. epigr. 127[c], Bechtel Dial.-Inschr. III. 3414.

Γλευκία τόδε σᾶμα τὸ Κυπρίου τοῦ Σαλαμι(νί)ου.
Διότιμός με ἐπέθηκε

V. 1 *τὸ* scripsit Bechtel; ceteri *τοῦ*. *Σαλαμινίου* correxit Buecheler ap. Kaibelium; lapis ΜΟ. — De verborum *Κυπρίου* et *Σαλαμινίου* synizesi cfr. n. s n. 7. — Litterae: Α Γ Δ Ε (*ε, η*) Θ Μ Ο (*ο, ου* Σ Υ.

68. Tylissi, columna lapidea muro septentrionali immissa. Ed. Halbherr Mus. Ital. III. p. 687 sq.

Ἀρίστιωι
Φιλογένης ἀρετᾶς μνᾶμ' ἀνέ|θ|ηκε τόδε.

Titulus pentameter, cui praecedit metro non inclusum nomen defuncti; pentametri singulares sunt etiam n. s. n. 306, 322, 403, 415. — Litterae vulgares; OI pro ῳ scriptum in Ἀρίστοι.

B. SAECULI QUARTI ET PRIORIS TERTII PARTIS.

1. ATTICA.

69. Athenis penes Constantinum Carapanum; *tabella marmoris Pentelici cum aetomate rotundo et anaglypho hydriae.... e regione Lycabetti.* Edd. Pottier Bull. de corr. Hellén. 1880. IV. p. 131. Koehler CIA. II. 2453. Cougny Anth. Pal. III. 2. 121 b. add. p. 590

Λήμνου ἀπ' ἠγαθέας κεύθει τάφος ἐνθάδε γαίας
ἄνδρα φιλοπρόβατον Νικόμαχος δ' ὄνομα

in hydria:

Νικόμαχος Πειραιεύς.

Nicomachum e cleruchis Atticis insulae Lemni fuisse intellexit Pottier; idem in eo falsus est, quod titulum post annum 387 lapidi incisum esse censuit. Nicomachum Athenis mortuum esse consentaneum est inter annos 404 et 387, quo tempore cleruchi Attici Lemno expulsi fuerunt. (Koehler) — Litteratura Ionica vulgaris: *O* pro *ου* scriptum; E pro *ει* in *Πειραιεύς*, contra *κεύθει*.

---

70. *Tabula marmoris Pentelici bipartita cum aetomate ad S. Trinitatem; pars superior haud dubie olim picta fuit.* Edd. Kumanudes Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ. 14. E. Curtius Arch. Zeitg. 1871. p. 28, Kaibel Ep. Gr. 37, Koehler CIA. II. 1678, Cougny Anth. Pal III. 2. 44.

Ἐνθάδε Θέρσανδρον καὶ Σιμύλον ἄνδρε ποθεινὰ
πατρίδι Κερκύραι δέξατο γαῖα τάφωι,
πρέσβεις ἐλθόντας· κατὰ συντυχίαν δὲ θανόντας
παῖδες Ἀθηναίων δημοσίαι κτέρισαν.

Thersandrum et Simylum anno 375 Athenis mortuos esse, quo tempore Corcyraeos foederi maritimo accessisse constat, probabiliter coniecit Curtius; certe ea fere aetate titulum lapidi incisum esse ex litterarum specie colligitur. (Koehler) — Litterae Ionicae vulgares; E pro *ει* scriptum in *πρέσβες*, contra *ποθεινώ*.

---

71. *Pars superior marmoris Pentelici cum reliquiis anaglyphi.* Athenis reperta, nunc in museo Berolinensi reposita. Edd. Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 24. Kaibel Ep. Gr. 78, Koehler CIA. II. 1687, Cougny Anth. Pal. III. 2. 210.

Φίλαργος Ἀγγελῆθεν. Ἡγίλλα Φιλάργου.

Ἡλικίαμ μὲν ἐμὴν ταύτην δεῖ πάντας ἀκοῦσαι·
εἰκοστῶι καὶ πέμπτωι ἔτει λίπον ἡλίου αὐγάς
τοὺς δὲ τρόπους καὶ σωφροσύνην, ἣν εἴχομεν ἡμεῖς,
ἡμέτερος πόσις οἶδεν ἄρισ' εἰπεῖν περὶ τούτων.

Litterae Ionicae vulgares; O pro *ου* scriptum in *Φιλάργο*, contra *ἀκοῦσαι, ἡλίου, τοὺς, τρόπους, τούτων*; EI.

---

72. *In ara sepulcrali eleganter ornata, inter Piraeeum et portum Phoronem in conspectu Salaminis reperta et . . . museo Leidensi illata.* Edd. Boeckh CIG. 800 b, Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 149, Kaibel Ep. Gr. 50, Koehler CIA. II. 1774, Cougny Anth. Pal. III. 2. 43.

Φιλοστράτη Φίλωνος. Φίλων Καλλίππου Αἰξωνεύς.

Ἐνθάδε τὴν πάσης ἀρετ(ῆ)ς ἐπὶ τέρμα μολοῦσαν
Φαναγόραν κατέχει Φερσεφόνης θάλαμος.

Ἀλκιμάχη Καλλιμάχου Ἀναγυρασίου.

Habes sepulcrum trium mulierum et unius viri. (Cougny), — In epigrammate Phanagorae litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum; El.

---

73. *Stele marmoris Pentelici cum fastigio sculpto Athenis reperta;* partem priorem ed. Boeckh CIG. 174, totum epigramma Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 420, Kaibel Ep. Gr. 62, Koehler, qui exscripsit ad museum centrale, CIA. II. 1995, Cougny Anth. Pal. III. 2. 144.

Νικόβουλος Μυννίχου Ἐλευσῖνος.

Σῆς ἀρετῆς ἕστηκεν ἐν Ἑλλάδι πλεῖστα τροπαῖα
ἔν τε ἀνδρῶν ψυχαῖς οἶος ἐὼν ἔλιπες,
Νικόβουλε, ἠελίου λαμπρὸμ φῶς· Περσεφόνης δὲ
δ|ῶμ|α ποθεινὸς ἐὼν σοῖ|σι φίλο|ις κατέβης.

Versum quartum supplevit Kumanudes. V. 3 nomen defuncti legibus metricis adversatur; cfr. quae adnotavi ad n. s. n. 26. — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum; El.

---

74. *Stele marmoris Hymettii cum anaglypho hydriae; ad S. Trinitatem.* Edd. Schoell Bull. dell' instit. 1870. p. 146, Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 858, Kaibel Ep. Gr. 34, Koehler CIA. II. 2339, Cougny Anth. Pal. III. 2. 48.

Πότνι|α Σ]ωφροσύνη, θύγα[τ]ερ μεγαλόφρονος Αἰδοῦς,
πλεῖστα σὲ τιμήσας εὐπόλεμόν τε Ἀρετὴν
Κλείδημος Μελιτεὺς Κλειδημίδου ἐνθάδε κεῖται·
[ξῆ]λος πατρι . . οι . . μη . . . . . .

Versum quartum leviter quidem, sed eodem tempore et ab eodem homine lapidi incisum esse atque vs. 1—3 contra Kaibelium monet Koehler. — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum; El

---

75. *Basis quadrata marmoris Pentelici Athenis reperta* asservatur ante museum centrale. *In superficie ab utraque parte*

sunt singula cava rotunda. Hydrias duas in basi positas fuisse probabile est. Edd. Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 1052, Kaibel Ep. Gr. 64, Koehler CIA. II. 2496, Cougny Anth. Pal. III. 2. 604.

Ὀλυμπιόδωρος. Πολεμώ. Σώτιος.

Σώτιον ἐνθάδε γῆ κατέχει τέχνην τε κράτιστον
ἣν εἶχεν πάντων ὄντα φύσιν τε ἀρετῆς
ἀστοῖσίν τε ποθεινόν· ἀεὶ γὰρ πᾶσιν ἀρέσκων
[τ̄]ν ψυχήν τε φίλοις ἔσχε δικαιοτάτην.

[Μ]ελάντης Ποτάμιος.

Nomina v. 1 Πολεμώ et v. 6 postmodo in lapide addita neglegenter incisa sunt. (Koehler) — Litterae Ionicae vulgares; E pro *ει* scriptum in *ἔχεν*, *ποθενόν*, contra *κατέχει*, *ἀεί*.

---

76. *Stele marmoris Pentelici reperta ad S. Trinitatem*, nunc Athenis in museo centrali. Edd. Kumanudes *Ἀθην.* III. 1875. p. 596, Koehler CIA. II. 2541, Cougny Anth. Pal. III. 2. 178.

Ἄρχιππος Σκαμβωνίδης.

Εἴ τις ἐν ἀνθρώποις ἀρετῆς ἕνεκ' ἐστεφανώθη,
πλεῖστον ἐγὼ μετέχων τοῦδ' ἔτυχον στεφάν[ου]
χρυσοῦ. Ἀθηναίων δὲ ἐστεφάνωσε πόλις·
εὐδαίμων δὲ ἔθανον παίδων παῖδας καταλείπω[ν].

Litterae Ionicae vulgares; EI *O* pro *ου* scriptum.

---

77. *Stele marmoris Pentelici cum fastigio sculpto Piraeeo Athenas translata.* Edd. Pittakes *Ἐφημ.* 748, Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 1261, Kaibel Ep. Gr. 69, Koehler, qui exscripsit ad museum centrale, CIA. II. 2643, Cougny Anth. Pal. III. 2. 32.

Τηλέμαχος Σπουδοκράτους Φλυεύς.

Ὦ τὸν ἀειμνήστου σ' ἀρετᾶς παρὰ πᾶσι πολίταις
κλεινὸν ἔπαινον ἔχοντ' ἄνδρα ποθεινότατον
παισὶ φίλῃ τε γυναικί. — τάφον δ' ἐπὶ δεξιά, μῆτερ,
κεῖμαι σῆς φιλίας οὐκ ἀπολειπόμενος.

Ἱερόκλεια Ὀψιάδου ἐξ Οἴου.

Versum primum enucleavit Nauck Rh. Mus. 1848. p. 442. — Hierocleae titulus postea adiectus est; Telemachi epigramma sepulcrale est colloquium illius cum matre iam antea defuncta, iuxta quam nunc ipse sepultus est. — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum in *Σπουδοκράτος, τάφο,* contra *Σπουδοκράτος, ἀειμνήστου, οὐκ*; EI scriptum pro *η* in *φίλει. Telemachi titulus cum carmine parte priore saeculi quarti incisus est.* (Koehler)

78. *Fragmentum tabulae marmoris Pentelici cum anaglypho* (quo eques nudus peditem proculcans repraesentatur) *e vico Χαλάνδρι delatum in museum Berolinense.* Edd. Ross Rh. Mus. VIII. 125, Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 1265, Kaibel Ep. Gr. 25, Koehler CIA. II. 2646.

[. . . . . ἕταροι δέ τε πάντες ἴ]σασιν
καὶ πατρὶς ὡς πολλοὺς ὤλεσα δυσμε[νέων.]
[ὑμεῖς δ', ὦ παριόντες, ἐνὶ ξείνοισι γενέ]σθε
μάρτυρες ὅσσ' ἀρετῆς (σ)τῆσα τροπαῖα μά[χης].
. . . . . νλ·λ)ος Φλυεύς.

Supplementa sunt Kaibelii; displicent tamen formae ἕταροι et *ξείνοισι.* (Koehler) — Litterae Ionicae vulgares praeter N; *O* pro *ου* scriptum.

79. *Athenis ad ecclesiam Catholicon.* Edd. Boeckh. CIG. 173, Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 3487, Kaibel Ep. Gr. 24, Koehler CIA. II. 2717, Cougny Anth Pal. III. 1. 75 (= 2. 39).

[*Εἰ*] *τοιῶνδε ἀνδρῶν εἴη πόλις, οὔποτ᾽ ἂν αὐ*[*τῆς*]
[*ἐ*]*χθροὶ στήσαιεν Ζηνὶ τροπαῖον ἔδος.*

in altero latere eiusdem lapidis:

[*Κ*]*ι*[*ώμ*]*ενον εὔκλεια*[*ν δ*]*ορὶ καὶ χερὶ τόνδε πρὸς ἀ*[*νδ*]*ρὸς*
[*ἐχθροῦ Ἀρι*]*σ*[*τ*]*όκρ*[*ιτ*]*ον ὤλεσε θοῦρος Ἄρ*[*ης*].

— — — — — — — — — — — —

V. 1 *εἰ* supplevit G. Hermann Leipz. Litt.-Ztg. 1829 Jan.; *αὐτῆς* invenit Kaibel; versum tertium restituit Boeckh. V. 4 *ἐχθροῦ* addidit Kaibel; *Ἀριστόκριτον* coniecit Kumanudes; *Ἄρης* iam Boeckh. V. 5 legitur . . . . *ξοχασ* . . . .; aperte *ἔξοχα* cognoscitur. — Litterae Ionicae vulgares; E pro *ει* scriptum; *O* pro *ου* in *ὅποιε*, sed *θοῦρος*.

---

80. *Tabula marmoris Pentelici cum aetomate et anaglypho e vico Μενίδι Athenas translata.* Edd. Mylonas Bull. de corresp. Hellén. III. 1879 p. 359, Koehler CIA. II. 2718, Cougny Anth. Pal. III. 2. 127.

Τοὺς ἀγαθοὺς ἔστερξεν Ἄρης, ἐφίλησε δ᾽ἔπαινος
καὶ γήραι νεότης οὐ παρέδωχ᾽ ὑβρίσαι·
ὧγ καὶ Γ[*λ*]*αυκιάδης δήιους ἀπὸ πατρίδος εἴργω*[*ν*]
ἦλθ᾽ ἐπ[*ί*] *πάνδεκτον Φερσεφόνης θάλαμον.*

Litterae Ionicae vulgares; E pro *ει* scriptum; *O* pro *ου*, sed *οὐ*. — Ad priorem quarti saeculi partem referendum esse titulum vidit Mylonas.

---

81. *Tabula marmoris Pentelici cum aetomate reperta Piraeei inter septentrionem et occasum in loco qui dicitur Καραβᾶ*; nunc Piraeei in museo. Edd. Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 1412, Kaibel Ep. Gr. 52, Koehler CIA. II. 2753, Cougny Anth. Pal. III. 2. 35.

[Οὔνομ]α μὲν τοὐμὸν καὶ ἐμοῦ πατρὸς ἥδε ἀγορεύ[ει]
[στήλ]η καὶ πάτραν· πιστῶν δὲ ἔργων ἕνεκα ἔσχο[ν]
[Πισ]τὸς ἐπωνυμίαν, οὗ σπάνις ἀνδρὶ τυχεῖν.

Πραξίνους Τερεία Αἰγινήτης.

Restituit Kumanudes. — V. 1 reliqua crasis exempla ex nostra collectione composui ad n. 5. 1. — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum, contra *οῦ*; E pro *ει*.

82. *Tabula marmoris Pentelici cum cymatio et anaglypho* (virum sedentem et discos vel scuta tenentem repraesentante) *Athenis museo Parisiensi inlata.* Edd. Boeckh CIG. 837, Kumanudes Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ. 1638, Kaibel Ep. Gr. 54, Koehler CIA. II. 2867, Cougny Anth. Pal. III. 2. 37.

Σωσίνους Γορτύνιος χαλκόπτης.

Μνῆμα δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης ἀρετῆς τε
Σωσίνου ἔστησαν παῖδες ἀποφθιμένου.

Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum.

83. *Tabella marmoris Pentelici cum cymatio reperta Athenis ante universitatem litterarum, nunc servatur in museo Berolinensi. In parte inferiore tabulae imagines Ariastidis et Pythoclis pictas fuisse adparet.* Edd. Ross Bull. dell' inst. 1840 p. 104, Kaibel Ep. Gr. 71, Koehler CIA. II. 2892, Cougny Anth. Pal. III. 2. 33.

Ἐνθάδε [Π]υθοκλῆς κεῖται πολλοῖσι ποθεινὸς
καὶ Σάτυρος νέος ὢν ἔσχεν ἐπωνυμίαν.
[π]αῖς δὲ Ἡρακλείδου, μητρὸς δὲ Ἀριαστίδος ἐστί,
[π]ατρὶς δ' ἐστὶ Ἔφεσος, κλεινοτάτη πόλεων.
θρεφθεὶς δ' ἐν χθονὶ τῆιδ' ἔθανον μέγα πῆμα φίλοισ[ι]
τῆι τε κασιγνήτηι πένθεα πλεῖστα λιπών.

Ἀριαστίς. Πυθοκλῆς.

Ἀριαστίς nomen subscriptum sororis esse videtur, nam patrem

et matrem ante filium Pythoclem obiisse versibus 5 et 6 indicatur. — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum; E pro *ει* in *θρεφθές*, *κλενοτάτη*, *ποθενός*, at *Ἡρακλείδου*, *κεῖται*, *πλεῖστα*.

---

84. *Stele marmoris Pentelici; Piraeei in hortis Meletopuli.* Edd. Dragatses *Παρν.* 1882 p. 250, Koehler CIA. II. 2920.

Βελτίστη Νουμηνίου Ἡρακλειῶτις.

Μήτερα ἔθηκα ὁσίως ὁσίαν τοῖς πᾶσιν ἰδέσθαι,
ἀνθ' ὧν εὐλογίας καὶ ἐπαίνων ἄξιός εἰμι.

Statuam Beltistae iuxta stelen inscriptam positam fuisse existimat Koehler; sed melius Gutscher Gr. Grabepigr. I. p. 31 *ἔθηκα* eodem sensu usurpatum esse adnotat atque *ἔθεσαν* n. 32. 2 et *κατέθηκε* n. 11. 1, scil. vim sepeliendi habens. — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum; EI.

---

85. *Tabula marmoris Hymettii in urbe reperta; servabatur in arce.* Lapidem non invenit Koehler. Edd. Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 1825, Kaibel Ep. Gr. 90, Koehler CIA. II. 3004, Cougny Anth. Pal. III. 2. 139.

Ὄστεα μὲν καὶ σάρκας ἔ⟨ι⟩χει χθὼν παῖδα τὸν ἡδύν,
ψυχὴ δ' εὐσεβέων οἴχεται εἰς θάλαμον.
εἰ δ' ὄνομα ζητεῖς, Θεογείτων, Θυμούχου παῖς,
Θηβαῖος γενεάν, κεῖμα[ι] κλειναῖς ἐν Ἀθήναις.

In versu primo notanda appositio permira, cuius alia exempla afferre nequeo. — Ectypon huius inscriptionis in lucem proditum non est; exscripsit Kumanudes *κεῖμα*, *Θυμόχου*, contra *εἰς*, *ζητεῖς*, *Θεογείτων*, *Θυμόχου*, *κλειναῖς*.

---

86. *Pars superior stelae marmoris Pentelici a dextra mutila, Piraeei reperta;* nunc in Barbaceo. Edd. Kaibel Rh. Mus. 1879 XXXIV. p. 182 n. 58ᵃ, Koehler CIA. II. 3086.

[*Η*]*δ' ἔθανεν προλιποῦσα πόσιν καὶ μήτ*|*ερα σεμνὴν*|
[*κ*]*αὶ κλέος ἀθάνατον σωφροσύνης* [*μεγάλης.*]

Ἀριστοκράτεια Κορινθία. *Θεόφ*[*ιλος*].

Versum priorem supplevit Kaibel (Haeberlin vult *κεδνήν*), alterum Haeberlin, qui proposuit etiam *ἕνεκεν, ἐνὶ γῇ, ἀγαθῆς, ὑπὲρ ἧς.* Kaibel praebet *ἔλαβεν*, Koehler vult *ἔλιπεν.* — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum; EI.

87. Athenis, *tabella marmoris Pentelici cum aetomate et reliquiis anaglyphi.* Edd. Pittakes *Ἐφημ.* 273, Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 1922, Kaibel Ep. Gr. 47, Koehler CIA. II. 3111, Cougny Anth. Pal. III. 2. 38.

(*Ἐ*)*νθάδ*(*ε*) *γῆ κατέχει τίτθην παίδων Διογείτου*
ἐκ Πελοποννήσου τήνδε δικαιοτάτην.

Μαλίχα Κυθηρία.

Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum; EI.

88. *Tabula marmoris Hymettii a parte superiore fracta, reperta Piraeei. In parte superiore fragmenti exstant reliquiae anaglyphi.* Nunc Piraeei in museo servatur. Edd. Dragatses *Ἐφημ. ἀρχ.* 1885 p. 92, Koehler CIA. II. 3385.

Πάντων ἀνθρώπων νόμος ἐστὶ κοινὸς τὸ ἀποθανεῖν.
ἐνθάδε κεῖται Θεοίτης παῖς Τελέσωνος Τεγεάτας Τεγεάτου
καὶ μητρὸς Νικαρέτης, χρηστῆς γε γυναικός.
χαίρε[*τ*]*ε οἱ παριόντες, ἐγὼ δέ γε τἀμὰ φυ*(*λά*)*ττω.*

Versus inconditi, quos Usener Altgr. Versb. p. 102 frustra ad sententiam suam de origine hexametri defendendam usurpat; nam in homine tam recentis aetatis tamque legum metricarum imperito scientiam vetustissimi Graecorum versus fuisse quis est cui vir ille doctus persuaserit? Similes versus hexametri, quorum tota structura incondita, sunt n. s. n. 123. 1 *Εἰ τὸ καλῶς ἐστι θανεῖν, κἀμοὶ τοῦτ' ἀπένειμε Τύχη* et n. 148. 2 *φιλοῦντα ἀντιφιλοῦσα τὸν ἄνδρα Ὀνήσιμον ἠσθα Κρατίστη.*

Cf. etiam n. s. n. 12 et 42. — V. 4 de hiatu inter χαίρε[τ]ε et οἱ cf. n. 3. 2; de τἀμά cf. n. 5. 1. — Litterae Ionicae vulgares; E pro ει scriptum in θανεν, sed κεῖται; O pro ου. Interpunctionis nota ⁝ et : bis adhibita ad versus distinguendos. *Titulus priore saeculi quarti parte non est recentior.* (Koehler)

---

89. Marmor quadratum Hymettium, Piraeei in impluvio gymnasii. Edd. Kumanudes Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ. 2716, Kaibel Ep. Gr. 53, Koehler CIA. II. 3577, Cougny Anth. Pal. III. 2. 36

Γλυκέρα Θουκλείδου.

Οὗ σπάνις ἐστὶ γυνα(ι)κὶ ἐσθλὴν καὶ σώφ[ρ]ονα φῦναι
τὴν αὐτὴν δοκίμως, τοῦδ' ἔτυχεγ Γλυκέρα.

Litterae Ionicae vulgares; O pro ου scriptum in ὗ, at Θουκλείδου, τοῦδε; EI. Koehler titulum propter litterarum formam medio saeculo quarto non putat antiquiorem.

---

90. *Aedicula marmoris Pentelici cum basi Hymettia; ad S. Trinitatem.* Edd. Rusopulus Ἐφ. τῶν Φιλομαθῶν 1870 n. 736 p. 2068, Kumanudes Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ. 2784, Kaibel Ep. Gr. 35, Koehler CIA. II. 3620, Cougny Anth. Pal. III. 2. 122.

in epistylio:

a. *Οὐθεὶς μόχθος ἔπαινον ἐπ' ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖσιν*
ζητεῖν, ηὕρηται δὲ ἄφθονος εὐλογία·
ἧς σὺ τυχὼν ἔθανες, Διονύσιε, καὶ τὸν ἀνάγκης
κοινὸν Φερσεφόνης πᾶσιν ἔχεις θάλαμον.

in basi:

b.5. *Σῶμα μὲν ἐνθάδε σόν, Διονύσιε, γαῖα καλύπτει,*
ψυχὴν δὲ ἀθάνατον κοινὸς ἔχει ταμίας·
σοῖς δὲ φίλοις καὶ μητρὶ κασιγνήταις τε λέλοιπας
πένθος ἀείμνησιον σῆς φιλίας φθίμενος·
δισσαὶ δ' αὖ πατρίδες σ' ἡ μὲν φύσει, ἡ δὲ νόμοισιν
10. *ἔστερξαν πολλῆς εἵνεκα σωφροσύνης.*

Subtus Rusopulus imagines hominum duorum colore pictas distinxisse sibi visus est. Aediculae superinposita est imago marmorea tauri dextrorsum irruentis. (Koehler) — Vs. 3. 4: Herwerden Stud. crit. p. 24 quia genetivus *ἀνάνκης* cum *θάλαμον* vix iungi possit, in lapide ΑΝΑΝΚΗΙ esse suspicatur, ut intellegendum sit: Persephonae thalamum fati necessitate omnibus communem (cfr. Kaibel Ep. Gr. 145. 1. *πανάφυκτον ἀνάγκῃ ζεῦγμα*). Lapis tamen praebet ΑΝΑΝΚΗΣ. De lapicidae autem errore cogitare non liceat in titulo ceteroquin diligenter insculpto. Quare refutanda est etiam coniectura quam Haeberlin Wochenschr. f. kl. Phil. 1891 p. 740 profert; vult enim scribere *ἀνάσσης*, quadrario grave in incidendo erratum tribuens. Iam nihil aliud mihi restare videtur, quam ut coniunctiones *τὸν ἀνάνκης κοινὸν πᾶσιν θάλαμον* et *τὸν κοινὸν Φερσεφόνης πᾶσιν θάλαμον* in unam contractas esse putemus; hic igitur dicitur *Ἀνάγκη Φερσεφόνη*, ut *Νίκη Ἀθηνᾶ*. (Haeberlin) — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum in *ὀθείς*; ΕΙ; praeterea memoratu dignum *οὐθείς*. *Titulus medio saeculo quarto monumento incisus est.* (Koehler)

---

91. Stele parva marmoris Pentelici cum aetomate levi Piraeei reperta, nunc Athenis in hypogaeis musei centralis. Edd. Ross Bullet. dell' inst. 1841 p. 51, Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 2856, Kaibel Ep. Gr. 91, Koehler CIA. II. 3673, Cougny Anth. Pal. III. 2. 141.

Ἑρσηίς
Τηλοῦ πατρίδος οὖσ' ἔθανον κλειναῖς ἐν Ἀθήν(α)ις,
Ἑ(ρ)σηίς, γνωτοῖσιν πᾶσι λιποῦσα πόθον.

De *Ἑ(ρ)σηίς* cf. n. 7. 2. — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum, Ε pro *ει*.

---

92. *Tabula marmoris Pentelici cum aetomate Piraeeo Athenas translata.* Lapidem frustra quaesivit Koehler. Edd. Pittakes

Ἐφημ. 2614, Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 2904, Kaibel Ep. Gr. 41, Koehler CIA. II. 3720, Cougny Anth. Pal. III. 2. 121.

Εὐρυμάχου ψυχὴν καὶ ὑπερφιάλους διανοίας
αἰθὴρ ὑγρὸς ἔχει, σῶμα δὲ τύνβος ὅδε.

Peplĭ Aristotelei ep. 50 (Hill.) adposite conferri iubet Kaibel: *Θυμὸν δὴ Κύκνου καὶ ὑπερφιάλους ἐπινοίας | αἰθὴρ λαμπρὸς ἔχει, σῶμα δὲ τύμβος ὅδε.* — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum in *ὑπερφιάλος*, contra *Εὐρυμάχου*; EI.

---

93. *Pars sinistra aetomatis marmoris Pentelici reperta Athenis ad ecclesiam Καπνικαρέαν.* Edd. Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 3484, Kaibel Ep. Gr. 82, Koehler CIA. II. 3840, Cougny Anth. Pal. III. 2. 140.

Εἰκὼν μνῆμα χρόνου, τιμὴ δὲ κασιγνήταισιν
τοῖν . . . . . .
Καλλιστοῦς τε Φίλης τε, οἷν ἡ πίστις διέμεινεν
ἀ . . . . . .

Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum; E pro *ει* in *διέμενεν*, contra *εἰκών*. — Interpunctionis nota: distinguit hexametros et pentametros.

---

94. *Tabula marmoris Pentelici cum fastigio rotundo;* Athenis in arce. Edd. Pittakes *Ἐφημ.* 3399, Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 3076, Kaibel Ep. Gr. 63, Koehler CIA. II. 3880, Cougny Anth. Pal. III. 2. 145.

Κρῖος.

Οὗτος, ὃς ἐνθάδε κεῖται, ἔχει μὲν τοὔνομα κριοῦ,
φωτὸς [δὲ] ψυχὴν ἔσχε δικαιοτάτου.

De *τοὔνομα* cf. n. 5. 1. — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum in *τὄνομα*, *κριῶ*, *δικαιοτάτο*, contra *οὗτος*; EI.

---

95. *Tabella marmoris Pentelici cum fastigio rotundo.* **Titulum ad museum centrale exscripsit Koehler et edidit CIA. II. 4014.**

Ἐργ|α|τὶς οὖσα γυνὴ φειδωλός τε ἐνθάδε κεῖμαι.
Νικαρέτη.

Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου*; EI.

---

96. *Fragmenta tria marmoris Pentelici monumenti sepulcralis; ad viam quae a promontorio Suniensi ad vicum Laurium ducit; anaglyphum titulo subiectum imaginem Pamphilae repraesentat.* Edd. Milchhoefer Ath. Mitth. XII. 1887 p. 297 n. 261, Koehler CIA. II. 4054.

[. . . . . *ὑμ|εναῖος*(?), *ἐν ὦι ποτε Παμφίλη ἥδε*
ζῆλον ἔχουσ' ὤικει τὸμ μακαριστότατον·
[*πρὶν δὲ κύκλους*] *τελέσαι* [*βίου ε*]*ἴκοο*[*ιν*] *ὀρφανίσασα*
νυμφιδίους οἴκους ἡλικίας ἔθανεν.

Supplevit Koehler, nisi quod *πρὶν δὲ κύκλους* pro *κύκλους πρὶν* scripsi; praeterea voci *εἴκοσι* adieci *ν*, nam et lacuna sufficit ad duas litteras supplendas et *ν παραγωγικὸν* hic ad hiatum evitandum postulatur. In capite tituli suspicatur Gutscher Gr. Grabg. I. p. 27 adn: *οὐχ ὑμνεῖτ' ἑ*[*μ*]*εναῖος* vel sim., sed haec coniectura in verba sequentia non bene quadrat; videtur *οἶκος* vel sim. versui infuisse, ut amicus meus Georgius Braun conicit. — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum; interpunctionis nota ⁝ ad hexametros et pentametros dirimendos adhibita.

---

Supplevit Kirchhoff, nisi quod adieci v. 2 *μεγάλης*. Priorem versum esse hexametrum primo obtutu apparet, alterum ionicis compositum esse numeris putat editor; idem donum Matris deorum iussu a Timarcho dedicatum esse effecit. *Onatam qui opus fecit non diversum esse ab Onata Miconis filio Aegineta statuario celeberrimo non est quod dubitetur.* (Kirchhoff) Floruit autem Onatas in quattuor prioribus saeculi quinti decenniis, ita ut hoc monumentum non multo ante bella Persarum dedicatum fuerit. — Litterae Atticae antiquiores: A ξ et ⋚ ⊕ ⋎ ⋚ ⋎ ⊕; interpunctionis nota ⁝ in priore versu ad singula verba distinguenda adhibita.

---

252. Fragmenta tria marmoris Pentelici, ex quibus fragmentum unum edd. Pittakes *Ἐφημ.* 2778, Kirchhoff CIA. I. 354, Kaibel Ep. Gr. 767, alterum Kirchhoff ib. n. 362, tertium adiecit alteri Kirchhoff CIA. IV. p. 79; fragmenta tria ad unum idemque monumentum pertinere indicavit Lolling *Δελτ. ἀρχ.* 1888 p. 95; inde Kirchhoff CIA. IV. p. 154.

a in facie superiore:

. . . . . ὕρχαμε : τ . .
. . . . . ε : καλος . .
. . . . . hέν]εκεν . . .
. . . αν [h]υγιεια . . . . . ν . . . .

b in facie adversa:

5 [Ε]ὐφρόνιός [μ' ἀνέθηκε]ν [Ἀθηναίαι πολιούχωι]
[ὢν] κεραμεὺς [δεκάτην π]αιδὶ [Διὸς μεγάλου].

. . . . . .

V. 2 καλός s. καλούς s. καλῶς. V. 3 ἕνεκεν supplevit Lolling. v. 4 [ἱκεσί]αν ὑγιεία[ι coniecit Kirchhoff. — V. 5. 6 temptavit Kirchhoff, sed haec supplementa cum aliis ex causis tum propter participium ὢν non multum probabilitatis habent. V. 7 continebatur artificis titulus; in eo fuisse Archermi vel Eleutheri nomen suspicatur Lolling; sed valde incertum. — Euphronius qui hoc monumentum Minervae dedicavit celeberrimus ille vasorum pictor in ultimo saeculi sexti primisque sequentis saeculi decenniis floruit. — Litterae Atticae antiquiores (ΑΜΡΦ).

---

253. Pars superior cippi marmoris Pentelici ex septem frustulis in arce Athenarum repertis composita. Edd. Foucart Bull. de corresp. Hellén. 1889 XIII. p. 159 sq., Lolling Δελτ. ἀρχ. 1889 p. 127, Kirchhoff CIA. IV. 422[13] p. 185.

[Κλε]όδωρός μ' ἀνέθηκ' Ἀφροδίτηι δῶρον ἀπαρχήν
πότνια, τῶν ἀγαθῶν τῶι σὺ δὸς ἀφθον[ί]αν.
hοί τε λέγ[ου]σι λόγους ἀδίκ[ω]ς ψευδᾶς κα[τ'] ἐκ[είνου],
τῶ[ν . . . . . .

V. 1 initio Foucart legere vult: Ἑρμόδωρος, sed lacuna ad hanc restitutionem excipiendam non satis magna est; fortasse Herwerden Stud. crit. p. 101 Κλεόδωρος proponendo rectum attigit (cf. n. 7. 2). Kirchhoff auctori epigrammatis licentiam

metricam in nominibus propriis metro dactylico adversantibus non ita raram tribuens *Ἡρόδωρος* nomen dedicatoris fuisse conicit. V. 3 finem restituit Kirchhoff. — Litterae Atticae antiquiores ΕΘΜΡΣΦ, sed iam scribuntur Α, bis Θ, nonnumquam Ρ; omicron puncto notatum; spiritus asper signo Η expressus; interpunctionis nota ⁝ ⁝ et ⁝ ⁝ adhibita ad singulos versus distinguendos. *Notanda forma contracta ψευδᾶς hic primum obvia.* Titulum exeunte sexto vel ineunte quinto a. Chr. saeculo exaratum esse censet Kirchhoff.

---

254. Fragmenta tria columellae striatae marmoris albi exstracta e stratis ad murum arcis septentrionalem. Ex his unum iam ed. Kirchhoff CIA. I. 350ᵃ falso coniungens cum alterius columellae parte (Kaibel Ep. Gr. 755, Roberts Introd. to gr. epigr 47); alterum edd Kabbadias *Ἐφ. ἀρχ.* 1886 p. 133sqq., Kirchhoff CIA. IV. 375⁹⁵ p. 89; utrumque ad eandem pertinere inscriptionem agnovit Lolling *Ἀελτ. ἀρχ.* 1888 p. 118 n. 3; tertium adiecit idem l. l. 1889 p. 119 n. 8. Haec omnia denuo exscripta ed. Kirchhoff CIA. IV. p. 181.

Ἄρχερμος ἐποίησεν ὁ Χῖος.
Ἰφιδίκη μ' ἀνέθηκεν Ἀθηναίαι πολιούχωι.

Dedicationis carmen qui panxit Atticus Attice locutus est. Qui vero utrumque titulum sua manu incidit artifex Chius quamquam . . . et ipse Athenis Atticorum hominum scribendi consuetudinem imitari conatus est, tamen non valuit omnino; nam . . . Η *posito* (in voce *ἐποίησεν*) *pro eo quod debebat* Ε *errorem postmodum correxit et consonas ex Asianorum consuetudine formavit ita ut* Γ *et* Ξ *exararet pro* Ι *et* Σ, *fortasse etiam* Θ *pro* Φ. *Quae cum ita sint, nihil est cur miremur, quod spiritum asperum notare neglexit . . . . Ceterum litterarum ductus in universum is est, qui titulum nostrum Deliaco illo* (n. s. n. 289) *longe recentiorem esse demonstrare videatur, ut tuo iure possis dubitare, utrum Archermus noster idem sit existimandus atque Micciadae filius an potius antiquioris illius Archermi nepos habendus cognominis, quae est suspicio*

R. Weilii edita in concilio archaeologorum Berolinensium (Berl. philol. Wochenschr. VII. p. 288). (Kirchhoff) — Litteratura memorabilis propter Atticarum antiquiorum formarum ΑΝΟ (ρ) + cum Ionicis ΘΙ (λ) ξ coniunctionem.

---

255. Fragmenta duo basis marmoris Pentelici in arce reperta, quorum unum iam a. 1859 inventum edd. Pittakes *Ἐφημ.* 1859 p. 51 n. 3515, ex Koehleri apographo Kirchhoff CIA. I. 482, inde Kaibel Ep. Gr. 17, Loewy Inschr. gr. Bildh. 396; alterum nuper excavatum adiecit Lolling *Δελτ. ἀρχ.* 1888 p. 111 (minusculis) et ex eiusdem apographo Kirchhoff CIA. IV. p. 156.

Ἑρμεί[αι τόδ' ἄ]γαλμα [καλὸν] Χαρῖνός [μ' ἀνέ]θηκεν
Οἰ[νοβί]ου κήρυξ μ[νημο]σύνης ἑ[νεκα].

Supplevit Lolling. Kirchhoff, qui et in metro nomine *Χαρῖνος* nulla quorsus cogente necessitate violato offendit et in v. 2 ante *κήρυξ* disserta litterae ϛ vestigia dispexisse sibi videbatur, hanc fuisse distichi indolem conicit:

Ἑρμεί[αι τόδ'] s. *Ἑρμῆι [καλὸν] ἄγαλμ' ἀ[ρετῆς] χάριν ὅς [μ' ἀνέ]θηκεν*
Οἰ[νόβιο]ς κήρυξ μ[νημο]σύνης ἕ[νεκα].

Sed cum neque sententia neque forma huius restitutionis mihi satis apta esse videatur (cf. *ἀρετῆς χάριν . . . μνημοσύνης ἕνεκα* et verbum finitum omissum), equidem in Lollingii supplementis acquiescere malo, suspicatus lapicidam fortasse genuinum verborum ordinem errore turbasse (*καλόν μ' ἀνέθηκε Χαρῖνος*). — Litterae Atticae antiquiores: ϟ et ΕΝΡΥΙ, sed scribitur iam Θ; alpha mediam lineam paullulum inclinatam habet; spiritus asper scribitur signo Η; interpunctionis nota ⁝ ad singula verba distinguenda usurpata.

---

256. Fragmenta quattuor tabulae marmoris albi, eruta olim in arce, quae separatim edidit Kirchhoff CIA. IV. 373[54] p. 84, 373[68], 373[17] p. 81, 373[9] p. 80; huc accedunt duo alia fragmina

nuper reperta, quae composuit compositaque publicavit Lolling *Δελτ. ἀρχ.* 1890 p. 146, inde Kirchhoff CIA. IV. p. 179.

[Τή]νδε κόρην ἀνέθηκεν ἀπαρχὴν [Ναύ]λοχος ἄγρας,
ἣν οἱ ποντομέδ[ων χρυ]σοτρία[ι]ν' ἔπορεν.

Supplevit Lolling, nisi quod Neptuni epitheton invenerunt Heberdey et Wilhelm et nomen proprium piscatoris *Ναύλοχος* fuisse conieci. De epitheti forma adnotat Kirchhoff: *aut epigrammatis auctor forma quae est χρυσοτρίαινα pro nominativo usus esse statuendus aut errasse quadratarius, qui ἔπορεν dederit pro eo quod debebat ἔπορες.* Statua non Minervae, sed Neptuno dedicata fuisse videtur. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΕΝΣ praeter Θ; spiritus asper signo non expressus.

---

257. Fragmentum marmoris nunc in museo novo quod est Athenis in arce. Ed. Kirchhoff CIA. IV. 373[a6] p. 44.

Πότ[νια . . . . . .
γλαυ[κώπιδι . . . .

Versus hi fuisse videntur carminis votivi. — Versu altero errans ΛΑΛ *primum exaraverat lapicida, dein animadverso errore pro* Λ *scripsit* ⌊ *et ab initio addidit* Λ, *cuius mutationis in ectypo perspicua adparent vestigia.* (Kirchhoff.) — Litterae Atticae antiquiores (ΑΛ).

---

258. Fragmenta duo basis marmoris Pentelici in arce reperta. Edd. Lolling *Δελτ. ἀρχ.* 1889 p. 16 (minusculis) et ex eiusdem ectypo Kirchhoff CIA. IV. n. 373[269] p. 205.

[Σμ]ικύθη μ' ἀνέ[θηκεν Ἀθ]ηναίηι τό[δ' ἄγαλμα]
[εὐξαμέ]νη [δι' ⏑ — ⏑] ὑπὲρ πα[ίδων κ]αὶ ἑαυτ[ῆς].

[Ε]ὔφρω[ν Πάριος ἐποί]ησεν.

Titulum supplevit Lolling, nisi quod initio v. 2 Kirchhoff invenit *εὐξαμένη*; idem conicit legendum esse *δι' ὄνειρον.* — De *Σμικύθη* metrum corrumpente cf. quae adnotavi ad n. s. n.

26. — Artifex Euphron Parius idem est atque is qui basin Pythonis Abderiti confecit (n. s. n. 322); cf. etiam CIA. IV. n. 373[270] p. 205: *Φαῖδρο[ς Π]ροθυ . . . Κεφαλῆθεν ἀνέθ[ηκ]εν. Εὔφρων ἐποίη[σ]εν.* Itaque monumentum hoc eidem fere aetati atque illae inscriptiones tribuendum est. — Titulus dialecto Ionica scriptus litteras item Ionicas antiquioris formae exhibet: ΑΜΝ.

---

259. Fragmenta duo basis marmoris Pentelici inter se arte cohaerentia, in arce reperta, ex quibus unum iam ediderunt Pittakes *Ἐφημ.* 1083, Kirchhoff CIA. I. 382, Kaibel Ep. Gr. 754; alterum adiecit Lolling *Δελτ. ἀρχ.* 1888 p. 90 (minusculis) et ex eiusdem apographo iterum publicavit Kirchhoff CIA. IV. p. 154.

[*Μνῆμ᾽ ἀνέθηκ . . . .*]*ος Ἀθηναίαι τόδ᾽ ἀπαρχὴν*
[*εὐξάμενος δεκά*]*την παιδὶ Διὸς μεγάλου.*

Supplevit Kirchhoff; Lolling maluit v. 2 initio [*ἔστησεν δεκά*]*την*, priorem versum intemptatum relinquens. — Litterae Atticae: ΑΝΣ.

---

260. *Fragmentum basis quam videri donarii fuisse nuntiavit is qui in arce exscripsit Koehler.* Edd. Kirchhoff CIA. I. 414, Kaibel Ep. Gr. 764.

. . . . . *ον ἐπὶ πλατε*[*ῖ Ἑλλησπόντωι*]
. . . . . *ον* vacat.
vacat.

Exordium v. 1 esse clausulam Homericam (H 86, *ω* 82) indicavit Kirchhoff; cf. etiam Athen VI. p. 232 d: *παρὰ πλατὺν Ἑλλήσποντον* et Anth. Pal. VI. 49. 4: *ἐπὶ πλατὺν Ἑλλήσποντον.* — Litterae Atticae vulgares.

---

261. *Τεμάχιον πίνακος* Athenis in arce repertum. Ed. Kabbadias *Δελτ. ἀρχ.* 1888 p. 32.

. . . *δης ἀ*[*νέθηκε Διὸς κ*]*ρατερό*[*φρονι κούρηι*].

Editor errore supplet *κρατερόφρονος*. — Apographon inscriptionis non exstat; id unum constat *ε* pro *η* usurpatum fuisse.

---

262. Fragmenta tria paterae marmoris Pentelici in arce reperta. Edd. Lolling *Δελτ. ἀρχ.* 1888 p. 91 n. 8 (minusculis) et ex eiusdem apographo Kirchhoff CIA. IV. p. 194.

. . . *ίτη μ' ἀνέθηκεν ἀπα[ρχὴ]ν τἀθ[ηναί]αι.*

Nomen eius quae dedicavit prorsus incertum; Lolling exempli gratia *Πουλυκρίτη* proposuit. — De *τἀθ[ηναί]αι* cf. n. 5. 1. — Litterae Atticae antiquiores: ΑΕΝ, sed scribitur iam Θ.

---

263. Basis marmoris Pentelici Athenis in arce reperta. Edd. Pittakes *Ἐφημ.* 3291, Kirchhoff CIA. I. 374, Kaibel Ep. Gr. 752, Loewy Inschr. gr. Bildh. 40, Roberts Introd. to gr. epigr. 67, Cougny Anth. Pal. III. 1. 32.

[Παρ]θένωι Ἐκφάντου με πατὴρ ἀνέθηκε καὶ ἱυιὸς
ἐνθάδ' Ἀθηναίηι, μνῆμα πόνων Ἄρεος,
Ἡγέλοχος· μεγάλη(ν δ)ὲ φιλοξενίης ἀρετῆς τε
πάσης μοῖραν ἔχων τήνδε πόλιν νέμεται.

Κρίτιος καὶ Νησιώτης ἐποιησάτην.

Versum tertium correxit Kaibel; lapis habet ΜΕΛΑΙΕΤΕ. *Hegelochus ex Ionica quadam civitate oriundus (Kirchhoff Herm. V. 55) Ecphanti filius Ecphantique pater fuit, ut recte primus interpretatus est Keil Philol. vol. suppl. II p. 551sq.* (Kaibel) — Critium et Nesioten, quorum tyrannocidae ol. 75. 4 (= a. $47^7/_6$ a. Chr. n.) Athenis erecti sunt (Paus. I. 8. 5, Marm. Par. CIG. II. p. 302 l. 70 sqq.), paullo post statuam dedicatoriam cuius basis superest fecisse puta. — Titulus *στοιχηδὸν* incisus litteris Atticis Α (semel, ceteroquin Α) ΡΣΦ, sed scribitur iam Θ; ny utrimque lineas obliquas habet; spiritus asper littera Η expressus in voce *ἱυιός*, omissus in nomine proprio dedicatoris.

---

264. *Fragmentum columellae striatae lapidis porici, erutum meridiem versus a theatro Bacchi. Litterae quae in striis duabus restant incisae perquam eleganter.* Edd. Kumanudes Ἀθήν. VII. 1878 p. 386, Loewy Inschr. gr. Bildh. 419, Kirchhoff CIA. IV. 422² p. 104.

. . . . . *Κ*]*αλλίμαχος* . . . .
. . . . . *σοφίαι.*

Fragmentum esse carminis dedicatorii cognovit Kumanudes. Callimachus utrum sit nomen artificis an dedicatoris propter parvas epigrammatis reliquias dubium videtur; sed si re vera artificis cuiusdam nomen hic habemus, sine dubio de Callimacho *τῷ κατατηξιτέχνῳ* qui c. a. 460—450 floruit cogitandum est (Plin. N. H. XXXIV. 92, Paus. I. 26 6, Vitruv. IV 1. 10.). Huic sententiae tituli litteratura non adversatur Litterae Atticae: ΑΜΗΣ; omicron puncto notatum.

---

265. *Marmor Pentelicum . . . . erutum in ea arcis regione quae est a Parthenone versus orientem.* Edd. Rangabé Antiq. Hellén. I 340, Kirchhoff CIA. I. 493, Kaibel Ep. Gr. 923.

. . . . . *ρωι* s. *ροι ἀνδρῶ*[*ν*]
. . . . . *ἀνέθηκ*]*εν ὅρον* s. *ὅρων*
. . . . . *ὁροις ἔξω κατὰ φῦ*[*λα*]
. . . . . *τρίποδος.*

Kirchhoff temptavit:

[*Νίκας ὅσσοι ἕλοντ' ἐν ἀγῶνι θεᾶς χ*]*οροὶ ἀνδρῶ*[*ν*],
[*δῆμος Ἐρεχθειδῶν ἐνθάδ' ἔθηκ*]*εν ὅρον,*
[*στήσασθαι τεμένους χ*]*ώροις ἔξω κατὰ φῦ*[*λα*]
[*κλεινὸν ἀριστείας μνημόσυνο*]*ν τρίποδος.*

Monumentum insignitum pro termino fuisse e v. 2 videtur posse colligi. Quae sententia si probanda est, Kaibel scribere vult: v. 1 [*ἐκπρεπὲς ἆθλον ἑλὼν ἐν ἀγῶνι θεᾶς χο*]*ρῶι ἀνδρῶ*[*ν*] et v. 2 fortasse . . . *μέσσον ἔθηκ*]*εν ὅρον* (cf. Anth. Pal.

IX. 786) supra indicato fortasse confinio quo positus erat terminus. — Kaibel ipse supplevit:

[*Νικήσας τὸν ἀγῶνα . . . . . χο*]*ρῶι ἀνδρῶ*[*ν*]
. . . . . *τόνδ' ἀνέθηκ*]*εν ὅρον*
[*ἔξοχα τοῖς ἄλλοισιν*] *ὅροις ἔξω κατὰ φῦ*[*λα*]
[*τοῦδε μεταπρέψαι καλλοσύνην*] *τρίποδος.*

Fingo victorem aliquo urbis loco tripodem pro termino posuisse, quem reliquis terminis extra urbem conlocatis (hoc enim v. 3 dictum videtur; etsi quid sit κατὰ φῦλα nescio) pulcritudine longe antecellere gloriatur. Sed cum hic ipse de sensu verborum nobis servatorum dubitet, restitutio eius sufficere nequit. Quam ob rem Wilamowitz Kydath. p. 226 haec proposuit:

[*Τόνδε με φῦλον Ἐρεχθῆος νικῶν χο*]*ρῶι ἀνδρῶ*[*ν*]
[*ἐντὸς Ἀθηναίας τῆιδ' ἀνέθηκ*]*εν ὅρων·*
[*τὴν δ' ἄρ' ἀγωνίζοντα χ*]*οροῖς ἔξω κατὰ φῦ*[*λα*]
[*πρόφρον' Ἐρεχθείδαις ἀγλαία*]*ι τρίποδος.*

Censet enim Erechtheidem praeter usum tripodem in Minervae templo vovisse. Contra haec supplementa iam id mihi dubitationes movere videtur, quod in voce ἔξω a Wilamowitzio accepta spiritus asper non, ut in *ἡόρον* s. *ἡόρων* v. 2, littera H expressus est. — Attamen cum secundum parva epigrammatis fragmina nullus restituendi conatus multam probabilitatis speciem habere possit, supplementa virorum doctorum una cum iis quae contra illa dici possunt apposite attulisse satishabeo; equidem id modo in textum recepi, quod sine ulla dubitatione legi et restitui potest. — Litterae Atticae: H (spir. asp.) N ⊢ ⊰ Φ.

---

266. *Fragmentum marmoris . . . . ad radices arcis orientales erutum . . ., nunc in museo societatis archaeologicae.* Edd. Kirchhoff CIA. I. 333, Kaibel Ep. Gr. 749, Roberts Introd. to greek epigr. 64.

— — — — — — — — — — — — — —

Ηελλ[άδα μὴ] πᾶσαν δούλιο[ν ἦμαρ ἰδεῖν].

b [*Ἦ μάλα δὴ κεῖνοι ταλακάρδιοι, οἵ ῥα τ]ότ' αἰχμὴν*
στῆσαμ πρόσθε πυλῶν ἀγ[ροῦ ἐπ' ἐσχατιᾶς]·
5 [*μαρνάμενοι δ' ἐσάωσαν Ἀθηναίας πολυβούλ]ου*
ἄστυ, βίαι Περσῶν κλινάμενο[ι δύναμιν].

Ingeniose titulum temptavit Kirchhoff; idem probabiliter conicit inscriptionem, quam fuisse dedicatoriam referendamque ad pugnam Marathoniam ex verbis epigrammatis nobis servatis eluceat, olim basi statuae colossicae Minervae Propugnatricis insculptam fuisse. Quod signum Praxiteli maiori natu tribuendum esse veri simillimum est, qui circa medium quintum saeculum Athenis floruit. — Litterae Atticae ξ, H (spir. asp.), N et Γ, ⲤⲤ, V et Y, sed O; beta et rho angulares, non rotundae; interpunctionis nota ⁝ semel adhibita ad versus singulos distinguendos.

---

267. *Discus marmoris Hymettii ex parte fractus, qui olim pro basi fuit donarii, erutus in arce.* Edd. Bull. dell' instit. 1864 p. 88, Kirchhoff CIA. I. 397, Kaibel Ep. Gr. 753, Cougny Anth. Pal. III. 1. 33.

Πότνι, ἀπαρχὴν τήνδε Μένανδρο[ς ἔθηκ' ἀπὸ τέχνης]
εὐχωλὴν τελέσας, σοὶ χάριν ἀντ[ιδιδούς],
Αἰγιαλεύς, ἡνιὸς Δημητρίου, ἡῶ[ι πολὺν ὄλβον]
σῶιζε, Διὸς θύγατερ, τῶνδε χάρ[ιν θεμένη].

V. 1 supplevit Kaibel; v. 3. 4 restituit Kirchhoff. — Litterae tituli *στοιχηδὸν* incisi Atticae vulgares (H= spir. asp, Ⲥ) praeter O, ny nonnumquam utrimque lineas obliquas habet.

---

268. *In cionocrano quadrato marmoris Pentelici, eruto ad Erechtheum.* Edd Pittakes *Ἐφημ.* 3769, Kirchhoff CIA. I. 398 coll. IV. p. 44, Kaibel Ep Gr. 760.

Διογέν[ης] ἀνέθηκεν Αἰσσχύλου ἡυὸς Κεφ[α]λῆος.

Titulum esse hexametrum suo iure ratus sic scripsit Neubauer Herm. X. p. 159 sq: *Διογένης ἀνέθηκεν Ἀϊσσχύλου ἡνὺς Κεφαλῆος*; sed res valde incerta neque multum probabilitatis prae se fert. — Menrad Wochenschr. f. klass. Phil. 1887 n. 51 putat lapicidam verbo *ἀνέθηκε* errore addidisse *ν παραγωγικόν*, ita ut is qui composuit titulum habere voluerit: *Διογένης ἀνέθηκ' Αἰσσχύλου ἡνὺς Κεφαλῆος*. Sed mihi veri simillimum est in hoc quoque epigrammate nomine proprio metrum violatum esse; nam eum qui titulum excogitavit hexametrum fingere voluisse et ex poetica voce *ὑὶς* et ex genetivo *Κεφ[α]λῆος* elucere mihi videtur. De nominibus propriis versum corrumpentibus cf. quae adnotavi ad n. s. n. 26. — In nostro titulo litteratura Ionica et Attica mire inter se mixtae sunt; nam scribuntur et Γ (γ) Η (η) Λ (λ) et Ε (η) Η (spir. asp.) Ο (*ο,ου*) ϟ; praeterea ΘΝΦ.

---

269. Basis marmoris Pentelici inaedificata *κατὰ τὸ μέσον περίπου τῆς δεξιᾶς τῷ εἰσερχομένῳ παραστάδος τοῦ δυτικοῦ θυρώματος τοῦ Παρθενῶνος*. Edd. Rhusopulos *Ἐφ. ἀρχ.* 1872 p. 409 sq., Kirchhoff CIA. I. 403, Kaibel Ep. Gr. 751, Loewy Inschr. gr. Bildh. 47.

a [*Τόνδε Πύρης*] *ἀνέθηκε Πολυμνήστου φίλο*[*ς υἱὸς*]
εὐξάμενος δεκάτην Παλλάδι τριτογενεῖ.

b *Κυδωνι*(*ά*)*τας Κρησίλας εἰργάσσατο.*

Kirchhoff vidit epigramma exstare Anth. Pal. XIII. 13; idem putat errore lapicidae ΚΥΔΟΝΙΕΤΑϹ scriptum esse pro eo quod debebat ΚΥΔΟΝΙΑΤΑϹ aut ΚΥΔΟΝΙΑΤΕϹ. Cresilas Cydoniates inter a. 450—430 floruisse videtur. — Litterae Atticae vulgares praeter ΘΝϹΞ.

---

270. In fronte antri interioris prope Vari apud veterem Anaphlystum siti. Edd. Boeckh CIG. 456, Kirchhoff CIA. I. 423, Kaibel Ep. Gr. 762, Cougny Anth. Pal. III. 1. 48.

Ἀρχέδημος ὁ Θηραῖος ὁ νυμφόληπτος
φραδαῖσι Νυμφῶν τἄντρον ἐξηργάξατο.

Archedamus, Theraeus origine, post civis Atticus factus et Chollidarum pago adscriptus est, ut ceteri tituli ibidem reperti ostendunt. Illi partim Dorice partim Attice conscripta alii litteraturam Atticam alii Ionicam exhibent et annis ol. 87 (= a. 432 a. Chr. n.) proxime antecedentibus tribuendi sunt. (Kirchhoff) Nostrum epigramma Ionicis litteris totum insculptum postea demum neque tamen multo incisum esse videtur. — V. 2 ad *φραδαῖσι* cf. Sim. Rhod. Anth. Pal. XV. 24. 4: *πάντα δὲ Γᾶς εἶκε φραδαῖσι λυγραῖς ἑρπετά* et. n. s. n. 247: . . . . *τὸν Ηερμῆν θεοῦ (φ)ραδ[αῖς εἰργάζε]το* sive *(φ)ραδ[ῆισιν ἱείσα]το.* De *τἄντρον* cf. n. 5. 1.

---

271. Basis lapidis calcarii *reperta a. 1890 Rhamnunte a fodientibus iussu societatis archaeologicae in area templi Nemesis.* Ex Lollingii exscriptione edidit Kirchhoff CIA. IV. 422[16] p. 185.

Λυσικλείδης ἀνέθηκεν Ἐπανδρίδου υὸς ἀπ<η>αρχὴν
τόνδε θε(ᾶ)ι τῆιδε, ἣ τόδ' (ἔ)χει τέμενος.

De metro huius epigrammatis adnotat editor: *Auctor epigrammatis quod Lysiclidis nomen inserens metro vim inferre non dubitavit, suo id iure fecit in nomine scilicet proprio* (cf. quae adnotavi ad n. s n. 26)*; at in versu pentametro condendo turpiter lapsus est metro vitiato nulla cogente necessitate.* Conferas complures pentametros, in quibus ante caesuram brevis syllaba nec sequenti quidem consonante producta invenitur, qui tamen omnes praeter unum coniecturis demum suppleti sunt: n. s. n. 79. 4. [*ἐχθροῦ Ἀρι*]*σ*[*τ*]*όκρ*[*ιτ*]*ον ὤλεσε θοῦρος Ἄρ*[*ης*], n. 104. 2 [*ἐς τὸν*] *ἅπα*[*ντ*]*α χρόνο*[*ν αὐ*]*τοκασιγνήτα,* n 128. 3 [*έ*]*ν πᾶσι*[*ν κλεινὸν ἔργμασιν αἶν*]*ο*[*ν*] *ἔ*[*χ*]*ων,* n. 151. 2 *Εὐκτίτο*[*υ, ὃν θάνα*]*τος ἐξαν*[*ιόντα πλα*]*νῶν.* — Sermo Atticus (cf. genetivum *Ἐπανδρίδου*), Ionica est litteratura. Statuam iuvenis olim basi superimpositam, nunc iuxta illam

inventam viri archaeologicarum rerum studiosi, ut adnotat Lolling, ad ultima saeculi quinti decennia referendam esse putant.

272. *Fragmentum basis marmoris Pentelici, repertum pone Propylaea.* Ed. Koehler Athen. Mitth. VII. 1882 p. 222 et CIA. II. 1423.

[Φα]ιδιμίδης ἀνέθηκεν [Ἀθ]ηναίαι τόδ' ἄγαλμα
υὸς Πρωτάρχου Προβαλίσιος, ὦι σὺ δὸς ὄλβον
αὐτῶι καὶ παισὶν τοῖς τ' ἐπιγιγνομένοι[ς].

Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum. *Protarchus Phaedimidae pater hellanotamias fuit ol. 93. 2 (407/6 a. Chr.) cf. CIA. I. 189.* (Koehler) Titulus noster igitur primis saeculi quarti decenniis tribuendus est.

---

273. *Basis marmoris Pentelici in arce reperta.* Edd. Pittakes Ἐφήμ. 22, Kaibel Ep. Gr. 770, Koehler CIA. II. 1427, Cougny Anth. Pal III. 1. 80.

Σωθε[ὶ]ς ἐγ μεγάλων κινδύνων εἰκόνα τήνδε
στῆσεν Λυσίμαχος Παλλάδι τριτογενεῖ.

Λυσίμαχος Λυσιθείδου Ἀγρυλῆθεν.

Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum.

---

274. *Frustum mormoris Pentelici in clivo meridionali arcis repertum; ex anaglypho quod titulo subiectum fuit supersunt capita equorum duorum sinistrorsum versa.* Edd. Kumanudes Ἀθην. VI. p. 371 n 5, Kaibel Rh. Mus. XXXIV. p. 197 n. 773ᵃ, Koehler CIA. II. 1441.

. . . . . Μέ]νανδ[ρος . . . . . ὅλισθεν]
[ἠλιβάτ]ωμ πετρῶν ἡγεμόνο[ς χατέων]·
[πημοσυνῶ]ν σωθεὶς δέ, Ἀσκληπιέ, τό[νδε λέβητα]
[θῆκε σὸ]ν ἐς τέμενος· τῶι δίδου ε[ὐπορίαν].

Temptavit Allen Gr. versif. in inscr. p. 169; displicent tamen

v. 3 δὲ particula tertio loco posita et σωθεὶς cum simplici genetivo coniunctum, v. 4. θῆκε ἐς usurpatum (conferas Anth. Pal. VI. 151. 2: τόνδ' ἐς Ἀθαναίας ἐκρέμασ' Ἰλιάδος). — V. 4 in exorsu Kaibel vult ε[ὐτυχίαν]. — Litterae Ionicae vulgares; Ε pro ει et Ο pro ου scriptum.

---

275. *Tabula marmoris Pentelici in tres particulas fracta, reperta in clivo meridionali arcis.* Edd. Kumanudes Ἀθήν. VI. p. 137 n. 14, Kaibel Rh. Mus. XXXIV. p. 197 n. 773[b], Koehler CIA. II. 1442, Cougny Anth. Pal. III. 1. 62.

[Τηλέμαχ]ός σε ἱέρωσε Ἀσκληπιῶι ἠδὲ ὁμοβώμοις
πρῶτος ἱδρυσάμενος θυσίαις, θείαις ὑποθήκαις.

Notandus est titulus, quia hic monumentum compellatum inducitur. — Litterae vulgares; *titulus parte priore saeculi quarti lapidi incisus est.* (Koehler)

---

276. *Fragmentum tabulae marmoris Pentelici, repertum in clivo meridionali arcis.* Edd. Koehler Ath. Mitth. II. 1877 p. 241, Kaibel Rh. Mus. XXXIV. p. 197 n. 773[b], Koehler CIA. II. 1443.

Σαῖς ὑποθημοσ[ύναις, Ἀσκληπιέ, ...
βωμὸν τόνδ' ἐπό[ησ . . . . . .

Supplevit Koehler. — Litterae Ionicae vulgares; titulum priori saeculi quarti parti adscribit Koehler.

---

277. *Marmor Pentelicum a tribus partibus ut videtur mutilum, repertum in arce.* Edd. Pittakes Ἐφημ. 361, Koehler CIA. II. 1512.

[Διοπείθη]ς Στρομβίχου
[Εὐωνυμε]ὺς ἀνέθηκεν.

. . . . . Δι]οπείθης Στρονβίχου ὑὸς
. . . . . μνῆ]μα δικαιοσύνης.
. . . . . νοις τ . . . . . .

Supplevit Koehler. — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ov* scriptum.

---

278. *Frustum marmoris Pentelici in arce repertum.* Edd. Rangabé Ant. Hellén. II. 1179, Heydemann Herm. IV. p. 387, Koehler CIA. II. 1545.

. . . . . η τοὐπινόημα . . . . .
. . . . . κοιν]ωνὸν δὲ πό[νων . . .
. . . . . Δήμητρ]ος καρποφό[ρου . . . .
. . . . . δεκάτηι τε . . .

Primo obtutu apparet titulum fuisse metro inclusum. Supplevit Rangabé, nisi quod versum alterum Gurlitt ap. Heydemannum restituit. — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ov* scriptum.

---

279. *Fragmentum basis marmoris Pentelici, repertum in clivo meridionali arcis.* Edd. Philios Ἀθήν. V. 1876 p. 321, Loewy Inschr. gr. Bildh. 73, Koehler CIA. II. 1455.

Ἀσκληπιῶ[ι]
Κιχήσιππος Διον[υσίου] Ἀναχαιεὺς ἀνέ[θηκεν].
Στρατωνίδης ἐπόη[σεν].

. . . . . τοῦ χαλεποῦ δ . . . . .
. . . . . θ]ος δῶρον θεῶι εἶ[ναι].

Verba supra epigramma scripta supplevit Philios; versum alterum carminis restituit Koehler. — Litterae Ionicae vulgares; *titulus circa medium saeculum quartum exaratus est.* (Koehler)

---

280. *Basis quadrata marmoris Hymettii in arce reperta.* Edd. Ross Arch. Aufs. I. 83 sq., Rangabé Ant. Hellén. II. n. 1030, Kaibel Ep. Gr. 776, Koehler CIA. II. 1434, Cougny Anth. Pal. III. 1. 127.

Χερσί τε καὶ τέ[χνα]ις [ἔρ]γων τόλμαις τε δικαίαις
θρεψαμένη τέκνων γεν[εὰ]ν ἀνέθηκε Μέλιννα
σοὶ τήνδε μνήμην, θεὰ Ἐργάνη, ὧν ἐπόνησεν
μοῖραν ἀπαρξαμένη κτεάνων, τιμῶσα χάριν σήν.

Supplevit Ross. — Litterae Ionicae vulgares; *titulum Rossius aetati Alexandri Magni recte adscripsit.* (Koehler)

---

281. Fragmenta quattuor epistyliorum aediculae in arce reperta, ex quibus duo ad sinistram partem pertinentia iam ed. Foucart Bull. de corr. Hellén. XIII. 1889 p. 161; cetera, quae ad dextram partem referenda sunt, adiecit Lolling *Δελτ. ἀρχ.* 1889 p. 127 sqq.

Τόνδε σοι, ὦ μεγάλη σεμνὴ Πάνδημε Ἀφρ[οδίτη]
. . . . . .
. . . . . .
[δή]μου μὲν δώροις, εἰκόσιν ἡμετέραις.

Ἀρχῖνος Ἀλυπήτ[ο]υ Σκαμβωνίδης
Μενεκράτεια Δεξικράτους Ἰκαριέως θυγάτηρ
ἱέρεια τῆς [Ἀφροδίτης . . . . . .
. . . . . .
. . *Δ]εξικράτους Ἰκαριέως θυγάτηρ, Ἀρχίνου δὲ μήτηρ.*

V. 4 Herwerden Stud. crit. p. 102 *εἰκόσι δ'* legendum esse suspicatur; sed confer 368. 3: *δήμῳ μὲν κόσμον, ζῆλον πατρὶ κισσοφο[ροῦντι]*. — De aedificio, quod epistyliis repertis ornatum erat, adnotat Lolling: *ἴσως ἦν ἱερός τις οἶκος ἐν ᾧ διέμενον οἱ τοῦ ἱεροῦ ἐπιμελούμενοι καὶ μάλιστα αἱ ἱέρειαι. Φαίνεται δὲ ὅτι ἐκοσμήθη δαπάνῃ τοῦ δήμου διὰ τῶν εἰκόνων τῶν μελῶν οἰκογενείας τινός, ἥτις τὰ τοῦ ἱεροῦ καὶ τῆς λατρείας τῆς Ἀφροδίτης τῆς Πανδήμου διῴκει.* — Litterae Ionicae vulgares praeter omicron minoris moduli. Titulum alteri saeculi quarti parti adscribit Foucart; *εἰς τὸν τέταρτον πρ Χρ. αἰῶνα* refert cum Lolling.

---

282. *In frustulo marmoris Pentelici reperto in clivo meridionali arcis.* Ed. Koehler CIA. II. 1526.

. . . . . τόδε δῶ[ρον . . . . .
. . . . τ]ης ἀνέθη[κε . . . .

Supplevit Koehler. — Litterae Ionicae vulgares.

283. *Infra anaglyphum musei Britannici. In cortina sedet Apollo . . . adstant Diana et Latona . . . accedunt vir et duo pueri.* Edd Boeckh CIG. 1946, Kaibel Ep. Gr. 799, Wolters Rh. Mus. XLI. 1886 p. 346, Koehler CIA. II. 1527[b] add. p. 351.

Σ[οὶ] Χάρ[μος, βα]σιλεῦ Παιάν, ἑκατηβόλ' Ἄπολ[λον],
Ἱπποκ[ράτους δῶρον] π[αῖ]ς ἀνέθηκε τόδε.

Supplevit Koehler adnotans: *De origine monumenti non constat; et artem et litteraturam originem Atticam indicare adfirmavit Purgold.* — Litterae vulgares.

---

284. *Fragmentum basis marmoris Hymettii repertum in clivo meridionali arcis.* Edd. Philios Ἀθην. V. p. 161, Koehler CIA. II. 1547.

. . . . . τῆς Ἥρωι
εὐξ[άμενός μ' ἀνέθηκε]ν ἀπαρχήν, ὧν ἐ[πόνησεν].

Supplevit Koehler, nisi quod versus alterius finem restitui; inserui etiam μ'. — Litterae Ionicae vulgares.

---

285. *Infra fragmentum anaglyphi repraesentantis hominem barbatum lecto incumbentem, sinistra pateram dextra elata rhyton tenentem, adsidente femina. Lapis repertus est in clivo meridionali arcis.* Edd. Philios Ἀθήν. V. p. 321 n. 47, Koehler CIA. II. 1574.

Τυχὼν ἁπάντων . . . . . .

Litterae Ionicae vulgares.

II. RELIQUA.

286. *Therae, in vineto lapis in formam coni ovati rotundatus.* Ex Rossii diario ed. Roehl Inscr. Gr. ant. 466; inde Roberts Introd. to gr. epigr. 4[m].

Κώ[ϑι]ος ὁ Κριτο(β)ού(λ)ου ἀπὸ Ε[ὐμ]νάστας ἀνέϑη[κ]εν.

Titulum legit Roehl, nisi quod Pilling apud Collitz. Herm. XXII. p. 136 pro *νεα(ρ)ηβ[ῶ]ν* invenit *ἀνέϑη[κ]εν*. Initium tituli valde incertum. — Litteratura: Α Ϝ (*β* Collitz) Θ (*ϑ* ?) Β (*h*) ϟ (i) Ρ Ο (*o*, *ου*) Ρ Μ (*σ*). Titulum alterius partis saeculi septimi esse evicit Kirchhoff Stud.[4] p. 64.

---

287. *Ara duabus escharis instructa, quae reperta est inter paretinas Crissae prope vicum quae vocatur Χρυσό, haud procul a via quae inde orientem versus ad dirutam ecclesiam quadraginta sanctorum fert . . . ineunte quinto huius saeculi decennio titulus truncatus est lapidis parte desecta, ut ad ecclesiam reparandam usui esset; etiam terrae motu qui a. 1870 factus est aliquot litterae perierunt. Fragmentum superstes nunc asservatur in ecclesia S. Georgii.* Edd. praeter alios Boeckh CIG. 1, Kirchhoff Philol. VII. p. 192 sqq., Kaibel Ep. Gr. 742, Roehl Inscr. Gr. ant. 314, Roberts Introd. to gr. epigr. 228, Bechtel Dial.-Inschr. II. 1537.

Τάσδε γ' Ἀϑηναίαι δραϝεοὺς Φα . . . ιστος ἔϑηκε
Ηήραι τε, ἠως καὶ κεῖ[ν]ος ἔχοι κλέϝος ἄπϑιτον αἰϝεί.

Titulum interpretatus est Kirchhoff. *δραϝεούς* coniecit Bechtel; cf. Hesych. *δραιόν· μακρὸν πύελον.* Nomen proprium eius qui dedicavit aram incertissimum est. — Inscriptio *βουστροφηδὸν* ab inferiore parte lapidis incisa posterior saeculo sexto nullo modo esse potest; cf. Kirchhoff Stud.[4] p. 144. Litterae: Α Γ (*γ*) D Ε (*ε*, *η*) Β (*h*) ⊕ ⊗ Ϝ Ρ Γ (*λ*) Ο (*o*, *ου*, *ω*) Ρ Μ (*σ*) Υ (*χ*) Φ (*φ*).

---

288. In collectione Tyszkiewicziana exstat discus aheneus,

in insula Cephalenia repertus, cuius titulum circa decurrentem ed. Froehner Rev. archéol. 1891 p. 1 sqq.

Εὐσοίδα μ' ἀνέθηκε Διϝὸς ϙούροιν μεγάλοιο
χάλκεον, ἡῶι νίκασε Κεφαλ(λ)ᾶνας μεγαθύμους.

Nomen proprium legit Blass Jb. f. kl. Phil. 1891 p. 577 sqq., quae forma est nominativus masculini generis sine *σ* finali. Froehner voluit *Ἐξώτρα*, quae lectio vel ideo recipi nequit, quia feminam in certamine virorum vicisse incredibile videtur. Ad versum priorem confert editor Hymn. hom. 33 v. 8 sq: *οἱ δ' ἀπὸ νηῶν εὐχόμενοι καλέουσι Διὸς κούρους μεγάλοιο* et ad versum alterum Iliad. II. 631: *αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἦγε Κεφαλλῆνας μεγαθύμους.* Ad *Διϝός* cf. *ἀπὸ Διϝ[ός]* in tit. Corinth. Roehl Insc. Gr. ant. 20. 61 (incertum tamen; cf. Furtwaengler Vasens. ad no. 694) et *τῷ Διϝί* in tit. Argivo n. s. no. 308. — *νίκασε* sine augmento secundum usum Homericum. — Titulus sinistrorsum incisus praebet has litterarum formas AA (bis) A (ter), C (*γ*), D, ꟻ, E (bis) E (semel), F (*ϝ*), B (spir. asp.), ⊕ ⊗, I, K K, ᒣ (*λ*), M, M N (semel), ◇ O (*ο*, *ω*), ϙ (koppa), P R (semel), M et bis M (*σ*), Y, Φ (*φ*), Y (*χ*). De litteris iam Kirchhoff Stud.[4] p. 167.

---

289. Fragmenta duo basis marmoreae Deli reperta, ex quibus unum edd. Homolle Bull. de corresp. Hellén. V. 1881 p. 272 sqq., Roehl Inscr. Gr. ant. n. 380[a] p. 182; alterum adiecit Homolle Bull. de corr. Hellén. VII. 1883 p. 254 sqq. Utrumque denuo tractaverunt R. Schoell Aufs. f. E. Curtius p. 121 sq., Loewy Inschr. gr. Bildh. n. 1 coll praef. p. XVII, Lolling *Ἐφημ. ἀρχ.* 1888 p. 71 sq., Robert Herm XXV. 1890 p. 445 sqq.

Μικκιά[δηι τόδ' ἄγαλ]μα καλὸν [εἰργασμένον ἡυιοῦ]
[Ἀ]ρχίρμου σο[φ]ίηισιν, ἡ(ε)κηβό[λε δέξαι ἄνασσα],
[τ]ῶι Χίωι, Μέ[λαν]ος πατρώιον ἄσ[τυ λιπόντι].

Sic titulum legit Robert. *τόδ' ἄγαλ]μα* iam Homolle; *εἰργασ-*

μένον ipse apud Robertum. *σοφίῃσιν* Koehler ap. Robertum, Froehner ap. Bechtel. Abh. d. K. Ges. d. Wiss. zu Goett. XXXIV. 1887 p. 50, Six Athen. Mitth. XIII. 1888 p. 142 sq., cf. n. 396 *ἄνδρες ἐποίησαν σοφίαισι καλὸν ἄγαλμα; τῶι Χίωι* Blass Deutsch. Litter.-Zeitg. 1883 p. 1728; *ἄστυ λιπόντες* Furtwaengler et Kirchhoff ap. Brunn. Sitzgsber. d. bair. Akad. 1884 p. 523 adn. Ad versum secundum cf. n. s. n. 311 *Δέξο ϝάναξ Κρονίδα*, n. 290 *Παῖ Διός, Ἐκφάντωι δέξαι τόδ' ἀμενφὲς ἄγαλμα*, Anth. Pal. VI, 18. 5: *ἀλλά σύ μοι, Κυθέρεια, δέχου νεότητος ἑταῖρον δίσκον.* — Fortasse scripseris, ut adnotat Robert, v. 1 *ϝειργασμένον* et v. 2 *ἑκηβόλε δέξο ϝάνασσα.* — Litterarum formae: Α C(β) ΙΚΓ(λ) ΜΝΡΣΧ; Ε = ε et = η in *σοφίεισιν*; Η = η et = *h* + ε in Η κ Η*βόλε* (cf. in titul. Nax n. 299); Ο = ο in *καλόν, σοφίηισιν, Μέλανος* et = ω in *πατρόϊον, τῶι Χίοι*; Ω = ο in *ἑκηβΩλε, πατρωϊΩν* et = ου in *ἈχέρμΩ.* — Is qui dedicavit litteraturam patriae cum Delia miscuisse videtur. Titulus circa ol. 50 (= a. 576 a. Chr. n) insculptus. — Ex nostra inscriptione aperte, ut Robert adnotat, is hausit, quem exscripsit Plin. N. H. XXXVI. 11: *cum hi* (i. e. Dipoenus et Scyllis) *essent, iam fuerat in Chio insula Melas scalptor, dein filius eius Micciades ac deinde nepos Archermus, cuius filii Bupalus et Athenis vel clarissimi in ea scientia fuere Hipponactis poetae aetate, quem certum est LX olympiade* (540 a. Chr. n.) *fuisse . . . quodsi quis horum familiam ad proavum usque retroagat, inveniat artis eius originem cum olympiadum initio coepisse . . . . patris quoque eorum* (Archermi) *et Deli fuere opera et in Lesbo insula.* — Statua, quam confecit Archermus quamque dedicavit pater Micciades, erat Diana volabilis, nempe illa figura feminina non longe ab inscriptione nostra reperta. Hanc figuram veteres rerum archaeologicarum studiosi pro Victoria male intellexerunt; cf. Schol. Arist. av. v. 573: *νεωτερικὸν τὸ τὴν Νίκην καὶ τὸν Ἔρωτα ἐπτερῶσθαι. Ἄρχερμον γάρ φησι τὸν Βουπάλου καὶ Ἀθήνιδος πατέρα, οἱ δὲ Ἀγλαοφῶντα τὸν Θάσιον ζωγράφον, πτηνὴν ἐργάσασθαι τὴν Νίκην, ὡς οἱ περὶ Καρύστιον τὸν Περγαμηνόν φασι.*

290. *Inscriptio exarata est in canalicis columnae striatae, marmoris Parii . . . Monumentum a. 1755 ex insula Melo in museum Nanianum illatum, recentiore aetate in aedes Tiepolanas transportatum est.* Edd. post alios Boeckh CIG. 3. Kaibel Ep. Gr. 740, Roehl Inscr. Gr. ant. 412, Loewy Inschr. gr. Bildh. 5, Roberts Introd. to gr. epigr. 7, Cougny Anth. Pal. III. 1. 17.

Παῖ Διός, Ἐκφάντωι δέξαι τόδ' ἀμενφὲς ἄγαλμα·
σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ' ἐτέλεσσε γρόφων.

Ad v. 1 cf. n. 289; *γρόφων* Dorice i. q. *γράφων* vid. n. 319, cf. G. Meyer Gr. Gr.[2] § 22 p. 27, Kuehner-Blass Gr. Gr. I[3] p. 118. -- Litterae: Α ⅂ (γ) Δ ⋮ ≻ (ι) Κ ⅃ (λ) /ʷ (μ) Ν Ο (ο, ω) Γ ▷ (ρ) Μ (σ) Τ V, Κ Η (χ), Γ Η (φ), Κ Μ (ξ). Titulum ad priorem saeculi sexti partem pertinere ostendit Kirchhoff Stud.[4] p. 73 sq.

---

291. Rhodi. *Lapis in regione Κούτζουρα τῆς Ἁγ. Σοφίας occidentem versus a vico hodierno Ἔμβωνας* repertus. Ed. Selivanov Ath. Mitth XVI. 1891 p. 112 sqq. et p. 240; cf. Wackernagel ibidem p. 243 et Meister p. 357.

Σᾶμα τόζ' Ἰδαμενεὺς ποίησα, ἵνα κλέος εἴη·
Ζεὺ(δ) δέ νιν ὅστις πημαίνοι, λειώλη θείη.

Sic recte titulum legunt Wackernagel et Meister. Ad *τόζ'* pro *τόδ'* usurpatum comparat ille Eleam et Arcadiam dialectos, ubi similia inveniuntur. — *Ἰδαμενεύς* vocali *α* pro *ο* scriptum; cf. in vasculo quodam Camiri reperto *Ἰδαμενῆος ἠμὶ* Smith Journ. of hell. stud. VI. 1885 p. 374, Kirchhoff Stud.[4] p. 49; alia huius commutationis exempla dialecto Doricae propriae afferunt Ahrens Dial. II § 17 p. 119 sq., G. Meyer gr. Gr.[2] § 55 p. 63 sq, Kuehner-Blass Gr. Gr. I[3] § 24 p. 117: *ϝίκατι, ϝείκατι, ἴκατι, εἴκατι, διακατίοι, τριακατίοι κτλ, ἄναιρον· ὄνειρον. Κρῆτες* et *ἄναρ· ὄναρ* ap. Hesych., *σαλία· θολία. Λάκωνες* ib. Ad versus prioris finem cf. no. 287. 2: *ὡς καὶ κεῖ[ν]ος ἔχοι κλέϝος ἄπθιτον αἰϝεί*, Odyss. IV. 584: *χεῦ' Ἀγαμέμνονι*

τύμβον, ἵν' ἄσβεστον κλέος εἴη, hymn. Apoll. v. 275: *ὄφρα οἱ αὐτῇ Τελφούσῃ κλέος εἴη ἐπὶ χθονί* . . . . sim. — Titulus *βουστροφηδὸν* scriptus est, cuius prior hexameter in parte adversa, alter in parte posteriore lapidis legitur. Litterae: A, ⋮, ⋮I, B (spiritus asper et *η*), ⊕, I (*ζ*), ⊢ (*λ*), ⋎ et N, O (*ο*, *ω*), ⋮. Notandus est spiritus asper et scriptus littera B in capite vocis *λίνα* et in vocis *ὅστις* initio omissus. Titulum altera septimi saeculi parte exaratum esse adnotat Selivanov; sed mihi aliquanto recentior esse videtur.

---

292. Testa Corinthi ab arce meridiem versus reperta. Edd. Roehl Inscr. Gr. ant. 20. 7, Blass Dial.-Inschr. III. 3119[a].

Σιμίων μ' ἀνέθ(η)κε Ποτειδάϝων[ι ϝάνακτι].

Supplevit Roehl. Post *θ* ab eo qui pinxit inscriptionem littera *η* errore omissa est, id quod et Roehl et Blass adnotare neglexerunt. — De nomine proprio metrum violante cf. quae adnotavi ad n. s. n. 26. — Titulus una linea dextrorsum scriptus litteris Corinthiacis antiquioribus: A⋮(*ε*)⋮(*ει*)F(*ϝ*)⊕⋮(*ι*)⋎⋎.

---

293. Testa Corinthi ab arce meridiem versus reperta. Edd. Roehl Inscr. Gr. ant. 20. 12, Blass Dial.-Inschr. III. 3119[a].

[. . . . . *μ' ἀνέθηκε Ποτ*]*ειδάϝωνι ϝάνακτι.*

Litteratura Corinthiaca antiquior: A⋮(*ει*)⋮(*ι*)F(*ϝ*)⋎.

---

294. Testa Corinthi ab arce meridiem versus reperta. Edd. Roehl Inscr. Gr. ant. 20.62, Blass Dial.-Inschr. III. 3119[c].

. . . . . .
. . . . . *δί*]*δοι χαρίεσ(σ)α*[*ν ἀ*]*φορμάν.*

Sic legit Blass; Roehl vult . . . . *δῳ*, i. e. ab initio dativum nominis proprii cuiusdem. Cfr. Od. *γ*. 58 *δίδου χαρίεσσαν ἀμοιβήν*. — Litteratura Corinthiaca antiquior: A⋮(*ι*)⋎NM(*σ*)P.

---

295. Testa Corinthi ab arce meridiem versus reperta. Edd. Roehl Inscr. Gr. ant. 20. 63, Blass Dial.-Inschr. III. 3119[c].

. . . . . .
. . . . . ἐπαγγείλα]ς· τὺ δὲ δὸς χαρίεσ(σ)αν [ἀφορμάν].
s. [ἀμοιϝάν].

Ἐπαγγείλας i. e. εὐξάμενος, cf. Pindar. Pyth. IV. 31, Aeschyl. Choeph. 213; ad versus finem cf. Odyss. γ. 58: δίδου χαρίεσσαν ἀμοιβήν. — Litterae Corinthiacae antiquiores: A B (ε) ⊰ (ι) M (σ) Ꝑ.

---

296. Testa Corinthi ab arce meridiem versus reperta. Edd. Roehl Inscr. Gr. ant. 20. 64, Blass Dial.-Inschr. III. 3119[c].

. . . . . μ' ἀνέ]θηκε [Ποτει]δᾶνι ϝ[άναχτι]
. . . . . ἐπαγγείλας]· τὺ δὲ δ[ὸς χαρίεσ(σ)αν ἀφορμάν].
s. ἀμοιϝάν].

Supplementa efficiuntur ex aliis titulis ibidem repertis. Prioris hexametri metrum corrumpitur Ποτειδᾶνι pro Ποτειδάϝωνι scripto. — Titulus βουστροφηδὸν scriptus litteris Corinthiacis antiquioribus: A ⋗ (ε) ⊕ ⊰ (ι) F (ϝ) Ꝑ.

---

297. Testa Corinthi ab arce meridiem versus reperta. Edd. Roehl Inscr. Gr. ant. 20. 108[a] add. p. 171, Blass Dial.-Inschr. III. 3119[c].

. . . . . .
. . . . ἐπ]αγγείλας· τὺ δὲ δὸ[ς χα]ρίεσ(σ)αν ἀμοιϝάν.

Ἐπαγγείλας i. e εὐξάμενος Pind. Pyth. IV. 31, Aesch. Choeph. 213. — δίδου χαρίεσσαν ἀμοιβήν Odyss. γ. 58. — Litteratura tituli dextrorsum conscripti Corinthiaca antiquior: A, ⟨ (γ), ⋗ (ε), F (ϝ), ⋗ ⊰ (ει in ἐπαγγείλας), ⊲ (ο), M, Ꝑ, M (σ), V.

---

298. *Fra i bronzi del conte Tyskiewicz un frammento d'una corazza la parte inferiore cioè della metà destra d'una pettabotta. Sull' orlo ripiegato al disotto è incisa l'iscrizione.* Repertum Epidauri ed. Wernicke Roem. Mitth. IV. 1889 p. 171.

. . . . . ἀνέ]θηκε
Λὶ Κρονίωνι ϝάνα[κτι . . . . . .

Titulum distichon elegiacum fuisse suspicatur editor; res tamen valde dubia. ϝάνα[κτι, quod post Κρονίωνι exstitisse mihi videtur, si iure adieci, inscriptionem, si omnino metricam, hexametricam habemus. — Litteratura ΑΕΘϜΝΟ(ο)D(ρ). Titulum priori saeculi sexti parti tribuit Wernicke.

---

299. In femore dextro statuae lapideae muliebris Deli repertae. Edd. Homolle Bull. de corr. Hellén. III. 1879 p. 3 sqq., Fraenkel Arch. Zeit. 1879 XXXVII. p. 85 sqq., Roehl Inscr. Gr. ant. 407, Gomperz Arch.-epigr. Mitth. VII. 1883 p. 148 sq., Loewy Inschr. gr. Bildh. 430, Roberts Introd. to gr. epigr. 25, Cougny Anth Pal. III. 1. 8

Νικάνδρη μ' ἀνέθηκεν h(ε)κηβόλωι ἰοχεαίρηι
ϙούρη Δεινοδίκεω τοῦ Ναξσίου, ἔξσοχος ἀλ(λ)έων,
Δεινομένεος δὲ κασιγνήτη, Φhράξσου δ' ἄλοχος ν[ῦν].

De synizesi in Δεινοδίκεω ἀλ(λ)έων Δεινομένεος cf. n. 7. 2. — V. 3 ν[ῦν] supplevit Blass Jb. f. klass. Phil. 1891 p. 336; omnes priores editores ultimam litteram esse μ putaverunt. — Litterae tituli βουστροφηδὸν scripti: Α(β) Λ(γ) Δ Ε(ε); Β(h) Θ ΙΚΡ(λ) ΜΜΟ(ο, ω) Ρ Ξ Σ Φ Χ; Ω (ξ cf. Blass; σ insuper additum est, cf. in Chiot. inscr. ἐξς, n. s. no. 324. 2 in tit. Eub. εὐξσάμενος, no. 412 in titulo Rhod. κύλιξς). — Litterae ε et η ex ᾱ ortae scriptae sunt Β; eaedem si aliunde originem ducunt, forma Ε; idem Β est spiritus asper et ε, vid. n. 305. 1 Η(ή)ρακλες et n. 289. 2. Ηκηβόλε (cf. Dittenberger Herm. XV. 1880 p. 229). Titulum saeculo sexto tribuit Kirchhoff Stud.[4] p. 85.

---

300. Basis statuae aheneae Apollinis Naxi reperta, nunc in museo Berolinensi. Edd. Fraenkel Arch. Zeit. 1879 XXXVII. p. 84 sq., Roehl Inscr. Gr. ant. 408, Roberts Introd. to gr. epigr. 26[a], Cougny Anth. Pal. III. 1. 68.

[Δ]ειναγό[ρ]ης μ' ἀνέθηκεν ἑκηβόλωι Ἀπόλλωνι.
[δε]κά[ι ηγν]?

Litterae: Α (β) Λ (γ) Δ Θ Ι Κ Μ (λ) Μ Ν Ο (ο, ω) Γ Ρ Σ Τ; Ε = ε et η omnibus Graecis dialectis commune; Η = η in dialecto Ionica ex ᾱ vulgari exortum (cf. ad n. 299). — Titulus quamquam n. s. n. 299 posterior sine dubio sexto saeculo a. Chr. n. scriptus est; cf. Kirchhoff Stud.[4] p. 85.

301. Columna striata marmoris Parii ex loco nescio quo a Graecis mercatoribus a. 1738 Anconam subvecta, ab Olivierio Pisaurum deportata; ibi nunc quoque in museo Olivieriano asservatur. Ed. post alios Boeckh CIG. 24; deinde Kaibel Ep. Gr. 750, Roehl Inscr. Gr. ant. 402; ex accuratiore exscriptione Purgold Arch. Zeit. 1882 p. 391 sq. n. 1, inde Loewy Inschr. gr. Bildh. 6, Roberts Introd. to gr. epigr. 15, Cougny Anth. Pal. III. 1. 55.

a Ἄρτεμι, σοὶ τόδε ἄγαλμα Τελεστοδί[κη μ' ἀνέθηκεν]
Ἀσφαλίου μήτηρ, Θερσέλεω θυγάτηρ.

b Τοῦ Παρίου ποίημα Κριτωνίδεω εὔχομ[αι εἶναι]

Supplevit Kirchhoff Stud.[2] p. 57, nisi quod v. 1 μ' adieci; v. 3 de vocis Κριτωνίδεω synizesi cf. n. 7. 2. — Ex litterarum specie Kirchhoff Stud.[4] p. 79 sqq. evicit titulum esse Parium: Α Λ (γ) Δ Ϝ (ε) Θ Η (η) Ι Κ Μ (λ) Μ Ν Γ Ρ (ρ) Σ Τ Φ +, Θ (ω) Ω (ο, ου). Titulus sexti saeculi est.

302. Pari lapis in insulae septentrionali parte iuxta portam ecclesiolae S. Ioannis Spilaeotae insertus. Edd. Olympios Ἀθήν. V. p. 8, Kaibel Ep. Gr. add. 750[a], Roehl Inscr. Gr. ant. 401, Roberts Introd. to gr. epigr. 17, Cougny Anth. Pal. III. 1. 347.

Δημοκύδης τόδ' ἄγαλμα Τελεστοδίκη τ' ἀπὸ κοινῶν
εὐξάμενοι στῆσαν παρθένωι Ἀρτέμιδι
σεμνῶι ἐνὶ ζαπέδωι, κούρηι Διὸς αἰγιόχοιο·
τῶν γενεὴν βίοτόν τ' αὖξ' ἐν ἀπημοσύνηι.

V. 1 *Τελεστοδίκη* in superiore quoque titulo Pario est ea, quae dedicavit; fortasse eadem femina. — V. 3 *ζάπεδον* i. q. *δάπεδον*, cf. Hesych. *ζάπεδον· μέγα ἔδαφος.* Ad v. 4 cf. Theogn. 758 sq: *Ζεὺς μὲν τῆσδε πόληος ὑπειρέχοι, αἰθέρι ναίων, αἰεὶ δεξιτερὴν χεῖρ' ἐπ' ἀπημοσύνῃ.* — Litterae: Α (β) Λ (γ) ΔΕΙΗ (η) ΘΙΚΙ (λ) ΜΥΓ Ρ (ρ) ΣΤΥΧ (χ) ΧΣ (ξ) Ο (ω) Ω (*ο, ου*). Kirchhoff Stud.[4] p. 81 sqq. titulum sexto saeculo tribuit.

---

303. *Basis rectangula ahenea composita ex tribus gradibus, in superficie tenens vestigia statuae pedibus magno intervallo distantibus gradientis. In summi gradus latere longiore atque in verticuli quidem planicie titulus a, in medii gradus eiusdem lateris planicie superiore horizontali b, in contigua lateris brevioris planicie superiore c. In antiquario musei Berolinensis (cf. Furtwaengler Archaeologisches Jahrbuch IV. p 93 n. 9). Ed. P. Kretschmer Hermae XXVI. p. 125 n. III. Cf. quae de titulo disputavit R. Meister Hermae XXVI. p. 319. 480.* Denuo publicavit Dittenberger IGS. I. add. n. 4249.

a b c
[*Γόργος Ἴων τ*']*ἄνφω ξυν*|*ηῆ πρωροὲ*|*ἀνέθεικαν.*

Titulum esse Boeoticum Kretschmer iure comprobavit ex nominativo *πρωροὲ* in *οε* cadente; inscriptionem enucleavit Meister, qui et ipse exempli gratia in initio hexametri nomina propria supplevit. Ad *πρωροέ* adposite affert idem Hesychii glossam *πρωροῖ· κηδεύει· ἐκρεῖ· προυρᾷ, φοβεῖται* et Dittenberger ad formam non aspiratam ex titulo Larisaeo in Ath. Mitth. XVI. 1891 p. 261 n. 1 edito lectiones *ἀρχιπρουρεύσας* et *σύνπρουροι* comparat. De *ξυνηῆ* cf. quae adnotavi ad n. s. no. 48. — De hiatu inter *πρωροὲ* et *ἀνέθηκαν* cf. n. 3. 2. — Litteratura tituli, cuius pars a currit a dextra ad sinistram, ΑΕΗ (ϑ) Ν et Υ + (ξ) ◇ ΡΥ ◇ (φ); spiritus asper signo Η expressus.

---

304. *Fragmenta tria magni vasis fictilis nigri globi figura cum margine prominente et ansis. Prior tituli versus in mar-*

gine, alter infra eum in ipso vase. Ed. E. Szanto Mitth. des arch. Inst. zu Athen XV. (1890) p. 407 n. 79. Exscripsit P. Arndt qui alterum versum a dextra integrum esse testatur; inde Dittenberger IGS. I add. n. 3598.

[*Φέρ*]*ω, Κάβιρε, τόνδε τ*[*ὸν* ⏑̄ — ⏑ *σοὶ*]
[⏑̄ — ⏑ — ⏑̄ — ⏑ *πρὸς*]*ναὸν καλόν.*

Litteratura Boeotica antiquior: A ▷ (*δ*) ⋮ ⋏ ⊢ (*λ*) R

---

305. *Columella fictilis reperta ad S. Maurum Fortem vicum septem fere ad septentrionem chilometris ad Stagliano situm a Matera oppido ad occidentem versus;* nunc in musco Neapolitano. Edd. Notizie delgi scavi 1882 p. 119 sq., Comparetti Rev. d. Fil. XI 1882 p. 1 sqq., Roehl Imag. inscr. Graec antiq. XV. 5, Roberts Introd. to gr. epigr. 304ᵃ, Hiller Jb. f. klass. Phil. CXXVII. 1883 p. 144 n. 29, Peppmueller Philol. N. S. I. 1888 p. 163, O. Hoffmann Dial.-Inschr. II. 1643, Kaibel Inscr. Gr. Sicil. et Ital. 652.

Χαῖρε ϝάναξ Η(*ή*)*ρακλες* (?), *ὅ τοι κεραμεύς μ᾽ ἀνέθηκε·*
δὸς δέ ϝ᾽ ἐν ἀνθρώποις δόξαν ἔχην ἀγαθ(*ά*)*ν.*
Νικόμαχός μ᾽ ἐπόει.

Sic Kaibel versus dirimit, adnotans: *postquam ipsum carmen ille per quattuor columellae latera apte distribuit, subscriptionem ibi addidit, ubi spatium maxime vacabat.* — V. 1 *τοι* est dativus pronominis, cf. Eurip. Or. 355: *ὁ ναυτίλοισι μάντις*, ut adnotat Comparetti. — V. 2 *ϝ᾽ἐν* i. e. *ϝέ* accusat. (cf. G. Meyer Gr. Gr.² § 414) et *ἐν* praepositio apud Arcades et Cyprios usitata (cf. G. Meyer Gr. Gr. § 58). — Nicomachus, cuius nomen disticho non inclusum infra additum est, is est, qui Heracli columellam nostram et confecit et dedicavit. — Titulus *βουστροφηδὸν* scriptus habet has litterarum formas: A I (*γ*) D Ξ (*ε*, *η*, *ει*) Θ F (*ϝ*) Z (*ι*) K ⊢ (*λ*) M ⋏ O (*ο*, *ω*) Π (*π*) P M (*σ*) T V (*χ*) + (*ξ*) H (*hη*; cf. quae adnotavi ad n. s. n. 299.)

306. *Posidoniae (Paesti) empta et fortasse reperta statua exigua virginis canephori, nunc in museo Berolinensi. Titulus quattuor plinthi latera occupat.* Edd. E. Curtius Arch. Zeit. XXXVIII. 1879 p. 27 sqq., Roehl Inscr. Gr. ant. 542, Roberts Introd. to gr. epigr. 304, O. Hoffmann Dial.-Inschr. II. 1650, Kaibel Inscr. Graec. Sic. et Ital. 664.

Τἀϑάναι Φιλλὼ Χαρμυλίδα δεκάταν.

Titulus est pentameter; cf. quae adnotavi ad n. 68. De *Τἀϑάναι* cf. n. 5. 1. — Inscriptio sinistrorsum incisa his litterarum formis: Α D E Θ ϟ (ι) Κ ᒣ (λ) Μ ᒥ Ο (ο, ω) Ρ Τ V Φ Ψ (χ). Curtius inscriptionem initio saeculi quinti a Chr. n. tribuit.

---

307. Pars inferior tabulae marmoreae Vurliae prope Sellasiam reperta, nunc Spartae in museo; in tabula repraesentati erant Dioscuri, sed lapidis fractura dextra tantummodo pars inferioris imaginis superest. Edidit ex Purgoldii ectypo Roehl Inscr. Gr. ant. 62ᵃ p. 174 add.; inde Roberts Introd. to gr. epigr. 255.

Πλειστιάδας μ' ἀ[νέϑηκε] Διοσκώροισιν ἄ[γαλμα]
Τινδαριδᾶν δ[ιδύμων] μᾶνιν ὀπιδ(δ)ό[μενος].

Titulum supplevit Kirchhoff apud Roehlium. — Prima vocis *Τινδαριδᾶν* syllaba littera *ι* scripta invenitur etiam in inscriptione Cytherea *Τινδαρίδα[ις]* Athen. Mitth. V. 1880 p. 231 (cf. G. Meyer Gr. Gr.² p. 106, Blass Ausspr.³ p. 39 sq., Kuehner-Blass Gr. Gr. I³ p. 70). — Litterarum formae: AD ᒣ ᒥ ᒥ P ϟ ϟ (σ). Titulum ol. 75 (= a. 480 a. Chr. n.) priorem esse propter litterae sigma formam vestustiorem ϟ effecit Kirchhoff Stud.⁴ p. 152 sq.

---

308. Galea ahenea prope Olympiam a. 1795 in Alpheo flumine reperta, nunc in museo Britannico. Post alios edd. Boeckh CIG. n. 29 coll. add., Kaibel Ep. Gr. 746, Newton Anc. gr. inscr. in the Brit. Mus. II. 137, Roehl Inscr. Gr. ant. 32,

Roberts Introd. to gr. epigr. 75, Prellwitz Dial.-Inschr. III. 3263.

Τἀργ[εῖ]οι ἀνέθεν τῶι Διϝὶ τῶν ϟορινθόθεν.

Editores titulum esse senarium iambicum contendunt. Sed cum in altero pede tribrachys *οι ἀνέ* artis metricae praeceptis adversetur et crasis *τἀργεῖοι* etiam in inscriptionibus Argivis quas prosaicas esse apertum est (cf. Roehl Insc Gr. ant. 21) inveniatur, valde dubium esse videtur, num re vera noster titulus metro sit conclusus; quae est sententia Hilleri in schedis epigraphicis, quas inspiciendi venia mihi post praematuram illius mortem ab uxore benignissime data est. Habemus igitur fortasse inscriptionem quae quamquam metrico quodam colore concepta tamen inter epigrammata enumeranda non est. — Ad *τἀγρ[εῖ]οι* cf. etiam n. 5. 1. — Litteratura Argolica antiquior: A Λ (γ) D ϟ F (ϝ) ⊕ ϟ (koppa) ϒ.

---

309. Duo lapides, qui mediam basis marmoreae partem formabant, Olympiae a. 1876 reperti. Edd. Curtius Arch. Zeitg. 1876 XXXVI. p. 48 sq. c. tab. VI, Kaibel Ep. Gr. 744, Roehl Inschr. Gr. ant. 95, Loewy Inschr. gr. Bildh. n. 30, Bechtel Dial.-Inschr. I. 1200, Roberts Introd. to gr. epigr. n. 277, Cougny Anth. Pal. III. 1. 43.

Πραξιτέλης ἀνέθηκε Συρακόσιος τόδ' ἄγαλμα
καὶ Καμαριναῖος· πρόσθα (δ)ὲ Μαντινέαι
Κρίνιος ἡνιὸς ἔναιεν ἐν Ἀρκαδίαι πολυμήλω[ι]
ἡεσλὸς ἐὼν καί ϝοι μνᾶμα τόδ' ἔστ' ἀρετᾶς.

In fine v. 2 exhibet lapis: ΓΡΟΣΘΑΡΕΜΑΥΤΙΝΕΑΙ i. e. *πρόσθ' ἄρ' ἐ(μ) Μαντινέαι*; sed correptio syllabae *ἐ(μ) Μαντινέαι* legibus metricis adversatur. Atque cum aliae offensionis causae accedant, Dittenberger Herm. XIII. p. 388 sqq. in titulo ceteroquin accurate insculpto lapicidae errore pro D incisum R putavit, ita ut legendum sit *πρόσθα (δ)ὲ Μαν-*

τινέαι — V. 4 de *hεσλός* cf. Meyer Gr. Gr.² p. 260 § 267. — Litteratura Arcadica: A C(*γ*) E(*ε*, *η*) ⊕ B (*h*) ᚴ *λ*) N Γ R ⋚ + (*ξ*) V F(*ϝ*). Is qui dedicavit Praxiteles olim in Arcadia habitavit; postea patria relicta et Syracusarum et Camarinae civis factus est, id quod ita intellegendum esse videtur, ut ille, postquam Camarina a. 484 a. Chr. una cum aliis Camarinaeis Syracusas transmigravit (cf. Herod. VII. 156), inter utriusque urbis cives quamquam illa diruta erat numerare sese potuerit. Neque multo post illam transmigrationem statuas, ex quarum basi pars nobis servata est, Olympiae dedicasse putandus est. Nam dedicationem factam esse oportet ante templi Iovis aedificationem, quia fundamenta huius ita sunt constructa, ut basin Praxitelis iam prius exstitisse primo obtutu appareat. Atque cum aedes Iovis a Libone aedificatas ante a. 458 a. Chr. n., quo tempore Lacedaemonii sociique victoria Tanagraea reportata clipeum in templi fastigio dedicaverunt, perfectas esse pro certo habendum sit, Praxiteles inter illos fuisse non potest, qui a. 461 a. Chr. n., quo anno Camarina a Gelonte Syracusarum tyranno restituta est, Syracusis huc transmigraverunt ibique cives facti sunt, quia hac sententia probata tempus ad adyton Iovis perficiendum non suppetit. Itaque verum esse videtur Praxitelem paulo post annum 484 statuas Olympiae erigendas curasse et Iovis templum brevi post bella Medica construi coeptum esse Haec est sententia, quam ni fallor Robert in scholis ad Graecae artis historiam pertinentibus commilitonibus proposuit.

---

310. Galea ahenea a. 1817 Olympiae reperta, nunc in museo Britannico. Edd. post alios Boeckh CIG. 16, Kaibel Ep. Gr. 745, Roehl Inscr. Gr. ant. 510, Roberts Introd. to gr. epigr. 111, Blass Dial.-Inschr. III. 3228.

Ηιάρων ὁ Δεινομένεος καὶ τοὶ Συρακόσιοι
τῶι Δὶ Τυρ(ρ)άν' ἀπὸ Κύμας

i. e. *Hiero Dinomenis filius et Syracusani Iovi Tyrrhena (haec arma) a Cumis (dedicaverunt).* — Verba licet rhythmico

colore tamen metro non conclusa sequitur, ut Boeckh recte agnovit et propter *α* elisum et huius partis tituli indolem, versus paroemiacus. — Litteratura Α Δ Ε Β (spir. asp. in *Ηιάρων* scriptus, in articulo *ὁ* omissus) ΙΚΜΝΟΓΡΣΤV. Res, de quibus agitur in hac inscriptione, gestae sunt ol. 76. 3 (= a. 47⁴/₃ a. Chr. n.).

---

311. Fragmenta duo basis rotundae marmoreae anno 1876 Olympiae *apud eum Olympiei angulum, qui euronoto est oppositus* repertae; in summo illius margine titulus una linea scriptus erat. Edd. Curtius Arch. Zeitg. XXXIV. 1876 p. 49 sq., Kaibel Ep. Gr. 743, Roehl Inscr. Gr. ant. n. 75 c. add p. 174, Roberts Introd. to gr. epigr. 261; Cougny Anth. Pal. III. 1. 16, Preger Insc. Gr. metr. n. 57.

[Δέξ]ο, ϝάν[αξ] Κρονίδα, [Ζ]εῦ Ὀλύνπιε, καλὸν ἄγαλμα
ηιλήϝω[ι θυ]μῶι τῶι Λακεδαιμονίω[ι].

De hoc titulo cf. Paus. V. 24. 3: *Τοῦ ναοῦ δέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ μεγάλου Ζεὺς πρὸς ἀνατολὰς ἡλίου, μέγεθος μὲν δυόδεκα ποδῶν, ἀνάθημα δὲ λέγουσιν εἶναι Λακεδαιμονίων, ἡνίκα ἀποστᾶσι Μεσσηνίοις δεύτερα τότε ἐς πόλεμον κατέστησαν· ἔπεστι δὲ καὶ ἐλεγεῖον ἐπ' αὐτῷ· Δέξο ἄναξ Κρονίδα Ζεῦ Ὀλύμπιε καλὸν ἄγαλμα ἱλάῳ θυμῷ τοῖς Λακεδαιμονίοις.* V 1 post *Κρονίδα* in lapide pars inferior hastae, quam Ahrens Philol. XXXVIII. (1879) p. 240 pro iota intellegens ad vocativi formam *Κρονίδᾳ* construendam adhibet; sed talem fuisse formam nemo illi viro docto adstipulabitur. Schubart Jb. f. klass. Phil. 1876 p. 681 sqq. censet post *Κρονίδα* secutum esse vocativum *Σδεῦ*; ipse tamen concedit, si haec forma olim exstitisset in inscriptione, lineolam illam magis inclinatam esse debuisse. Itaque hastam illam directam pro interpunctionis nota accipiendam esse putem, quam in titulis Cretensibus, uno Theraeo unoque Laconico Gereniae reperto usurpatam esse invenimus; cf. Roehl Inscr. Gr. ant. n. 478, Kaiser De inscr. Graec. interp. p. 11 sq. — *δέξο* resipit Homerum; cf.

etiam no. 289. 2. — In versu altero exstat *ἱλήϝωι*, quae forma adhuc nondum satis explicata est; atque cum ipse nihil gravius addere possim, in virorum doctorum commentationes reicere sufficiat. Ad singularem collectivum *τῷ Λακεδαιμονίῳ* defendendum recte Preger affert Aeschyli epitaphii v. 3. 4 (Hiller. Anth. lyr. p. 123): *ἀλκὴν δ' εὐδόκιμον Μαραθώνιον ἄλσος ἂν εἴποι καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος.* Ahrens eumque secutus Roehl, qui lapidis Pausaniae iam aetate eodem modo atque nunc laesi titulum a peregetis expletum esse suspicantur, versum alterum sic legunt: *ἱληϝῶ[ς δά]μωι τῶι Λακεδαιμονίω[ν]*. Sed cum neque criticum hoc studium Pausaniae aut alii illorum temporum viro mea quidem sententia tribui possit neque sine iusta causa librariorum socordiae talis epigrammatis corruptela: secundum Pausaniae lectiones inscriptionem supplendam esse censeo; minora emendanda esse ex litteris traditis elucet. — Pausanias narrat Lacedaemonios initio tertii belli Messenii Iovi hoc monumentum dedicasse; sed cum nesciamus, unde hauserit periegeta, diiudicari nequit, utrum verbis eius fidere possimus necne; litteratura non adversatur. Litterae Laconicae antiquiores: ϟ F (ϝ) Ꞓ (spir. asp.) M M ꟾ.

---

312. Fragmenta tria marmorea inter se cohaerentia Olympiae reperta. Edd. Purgold Arch. Zeitg. XL. 1882 p. 179 sqq. no. 435, Roehl Inscr. Graec. ant. n. 26ᵃ p. 171, Roberts Introd. to gr. epigr. no. 93, Blass Dial.-Inschr. III. n. 3157, Preger Inscr. Gr. metr. n. 59.

[*Ναὸς μὲν φιάλαν χρυσέα*]*ν ἔχει, ἐγ δὲ* [*Τανάγρας*]
[*τοὶ Λακεδαιμόνιοι συμ*]*μαχία τ' ἀν*[*έθεν*]
[*δῶρον ἀπ' Ἀργείων καὶ Ἀθα*]*ναίων καὶ* [*Ἰάνων*]
[*τὰν δεκάταν νίκας ἧείν*]*εκα τοῦ πο*[*λέμου*].
. . . . . *Κο*[*ρινθ*]*ι*[*ο* . . . .
. . . . . *ϱ* . . . . . .

Ingeniose cognovit Purgold in fragmentis inscriptionis nobis servatis epigramma illud, quod Lacedaemonios eorumque socios post pugnam Tanagraeam (ol. 80. 4 = a. 457 a. Chr. n.) Olympiae insculpendum curavisse Paus. V. 10. 4 narrat: . . . *τὸ ἄγαλμα ἀσπὶς ἀνάκειται χρυσῆ, Μέδουσαν τὴν Γοργόνα ἔχουσα ἐπειργασμένην. τὸ ἐπίγραμμα δὲ τὸ ἐπὶ τῇ ἀσπίδι* (cf. Schaarschmidt De *ἐπὶ* praepositione apud Pausaniam p. 30) *τούς τε ἀναθέντας δηλοῖ καὶ καθ' ἥντινα αἰτίαν ἀνέθεσαν· λέγει γὰρ δὴ οὕτω· Ναὸς κ. τ. λ.* — Epigrammati subscriptum fuisse aut catalogum sociorum aut titulum artificis Corinthii suspicantur Purgold et Roehl. — V. 1 · *ναϝός* praebent Purgold et Roehl; Blass *ναός* scribit et propter litterarum numerum et propter digamma in voce *Ξενοκλῆς* Dial.-Inschr. no. 3155 (= Roehl no. 23) littera non expressum. Idem *ἐγ* recepit contra Purgoldium et Roehlium; littera enim fractura lapidis laesa hos viros doctos induxit, ut *ἐκ* falso exstare putarent. — V. 1 *χρυσέαν* per synizesin legendum; cf. n. 7. 2. — Litteraturam huius tituli non Laconicam, sed Corinthiam esse effecit Kirchhoff et apud Purgoldium l. l. et in Stud. z. Gesch. d. gr. Alph.[4] p. 105; scribuntur enim < (γ) E N Θ (ο) Ρ X (χ), alpha mediam lineolam et in hanc et in illam partem paullulum inclinatam habet.

---

313. *Lapis calcarius oblongus, repertus in radicibus Cithaeronis montis prope vicum Crecucium, ad occidentem viae quae Athenis fert Thebas;* nunc servatur Thebis in museo. Edd. Haussoullier Bull. de corr. Hellén. II. 1878 p. 589 n. 1, inde Kaibel Rh. Mus. XXXIV. 1879 p. 197 n. 756[a]; Roehl Inscr. Gr. ant. 143, Meister Dial.-Inschr. I. 860, Loewy Inschr. gr. Bildh. 44, Roberts Introd. to gr. epigr. 223[a], Dittenberger IGS. I. 1670.

Roehl temptavit hunc titulum, cuius dimidium deperditum est, sic:

[*Δ*]*άματρο*[*ς*] *τόδ' ἄγαλμα*[. . . . . *ἔστασεν ἀπαρχὴν*]
[*ἑ*]*νθάδε γ*[*ᾶ*]*ς ὁράοντι σε*[*βάσμιον* . . . . . .
[*Τ*]*εισαμενὸς Κυδάδας καὶ*[. . . . . *ἐποησάταν*].

Sed cum ϙυδάδας neque gentilicium nomen esse posset neque copulativa particula si illud nomen proprium esset omitti licuisset, Dittenberger aliam restituendi viam ingressus haec supplementa proposuit:

[Δ]άματρο[ς] τόδ' ἄγαλμα [ὡραφόρου ἀγλαοκάρπου]
[ἐ]νθάδε γ[ᾶ]ς ὁράοντι σέ[βας, πάντεσσι δὲ θαῦμα]
[h]εισάμενος ϙυδάδας κα[ρπῶν κόσμησεν ἀπαρχαῖς].

Sed cum alia offendant mihi in hac restitutione, tum maxime, quod spiritum asperum in voce ὁράοντι non scriptum in εἰσάμενος littera expressum esse censet Dittenberger. Equidem editorum priorum supplementis adhibitis duos priores versus scribere velim:

[Δ]άματρο[ς] τόδ' ἄγαλμα[. . . . . ἔστασεν ἀπαρχὴν]
[ἐ]νθάδε γ[ᾶ]ς ὁράοντι σέ[βας, πάντεσσι δὲ θαῦμα]

insequitur titulus artificum ut videtur soluta oratione conceptus:

[Τ]εισαμενὸς ϙυδάδας Κα[. . . . . ἐποιησάταν];

particula copulativa omissa est (cf. CIA. II. 1435, 1623: Πολύμνηστος Κένχραμος ἐποίησαν, Loewy Inschr. gr. Bildh. 101: Ὑπατόδωρος Ἀριστο[γείτων] ἐποιησάταν Θηβαίω). Litteris ΚΑΙ fortasse principium incipit ethnici vel patris nominis artificum. — Litterae: ΑΓΔΕΘϙ (koppa) ΙΜΝΘ (ο) R ϟ et S (σ).

---

314. Titulum Thisbae in lapide oblongo, qui domus parieti inaedificatus erat, exscripsit et ed. Leake Mus. crit. II. 577; inde Boeckh CIG. 1592, Kaibel Ep. Gr. 757, Roehl Inscr. Gr. ant. 148, Meister Dial.-Inschr. I. 743, Roberts Introd. to gr. epigr. 211, Dittenberger IGS. I. 2230.

[. . . . . μ' ἐπόει· Γλαύκω]ν δ' ἀνέθεικεν Ἀθάναι.

Temptavit Hiller in schedis epigraphicis adstipulatus Roehlio, qui verbis inesse fragmentum versus intellexit. Quod tamen hic ante *ἀνέθεικεν* fuisse *τόνδ'* sive *τάνδ'* suspicatur, Hiller recte adversatur, quia hoc supplemento accepto versum non bene sonantem efficimus. — Litteratura Boeotica A D E (*ε, ει*) ⊕ N.

---

315. Aeginae. Columna lapidea muro ecclesiae *τοῦ Ἁγίου Ἀσωμάτου* inaedificata. Post alios edd. Boeckh CIG. II. p. 1011 n. 2138[d], Kaibel Ep. Gr. 761, Roehl Inscr. Gr. ant. 354, Schmidt Ath. Mitth. VI. 1881 p. 360 n. 70, Loewy Inschr. gr. Bildh. n. 410; Roberts Introd. to gr. epigr. 122, Bechtel Dial.-Inschr. III. 3409, Cougny Anth. Pal. III. 1. 64.

Ἡὸς τόδ' ἄγαλμ' ἀνέθηκε, Φιλόστρατός ἐστ' ὄνυμ' αὐτῶι,
πατρὶ δὲ τῶι τήνου Δαμοφόων ὄνυμα.

Epigramma dedicatorium titulus artificis secutus esse videtur; nam ex litteris Prokeschii Boeckh ultimam lineam . . . E Γ O I E ⚡ E addidit et Schmidt infra Φ O O N se legisse ⁄⁄⁄ ⚡ E ⁄⁄⁄ O adnotat. — Litteratura A Γ Δ E Θ H (spir. asp.) I K Λ M Ν O (*ο, ω*) Γ R ⚡ T V Φ. Titulum priori quinti saeculi parti tribuit Kirchhoff Stud.[4] p. 114.

---

316. *Tabella ahenea inventa in horto sito sesquihorae intervallo ab oppido Megarensium in eam regionem quae spectat inter septentriones et occidentem solem. A dextra et a sinistra aes fractum est.* Edd. Korolkow Ath. Mitth. VIII. 1883 p. 181, Roberts Introd. to gr. epigr. n. 113[a], Bechtel Dial.-Inschr. III. 3001, Dittenberger IGS. I. 37.

[Τ]οίδε ἀπὸ λα[ία]ς τὰν δεκάτα[ν] ἀνέθηκαν Ἀθ[ά]ναι.

Korolkow supplevit. Hexameter qui efficitur non bene sonat, quia caesura deest; cf. n. 420. B. 11 *ποὶ δ' Ἀσκλαπιὸν ἔρνεσι ἐλαίας ἡμεροφύλλου*, adde etiam n. 35. 1 *Μν[ᾶ]μα [τόδ' ἐστὶ*

ἐ]πὶ σ(ώ)ματι κείμενο(ν) ἀνδρὸς ἀρίστου et n. 200. 1 [Τῶιδ' ὑ]πὸ [π]έτρω[ι] κε[ῖμ]αι ἀγ[ήνορος Εὐξενίδαο]. — Nomina eorum, qui partem praedae Minervae dedicaverunt, infra tabulam aheneam in ipsa lapidis basi insculpta fuisse probabiliter suspicatur Korolkow. — Litterarum species: Λ (α) Β (ε, η) Θ (ϑ) Λ (λ) Ν ξ. Titulus medio quinto saeculo a. Chr. n. tribuendus est.

---

317. Basis fusca, cuius in superficie foramen insculptum est, in vico Xeronomio inter Thespias et Thisbam reperta. Edd. Kumanudes Ἀθήν. IV. 1876 p. 378 (minusculis), inde Kaibel Ep. Gr. 757ᵃ praefat. p. XVI; ex Lollingii apographo Roehl Inscr. Gr. ant. 284, Meister Dial.-Inschr. I. 797, Roberts Introd. to gr. epigr. 210, Dittenberger IGS. I. 1794.

Εὐχὰν ἐκκτελέσαντι Διωνύσοι Νεομείδεις
ἔργων ἀντ' ἀγαϑῶν μνᾶμ' ἀνέϑεικε τόδε.

Ad. v. 1 ἐκκτελέσαντι affert Blass Misc. crit. in Sat. philol. p. 122: ἐκκ τῶν CIA. II. 314. 40 et Ἔκκτωρ in vasculo Corinthio ap. Wachsmuth. Mus. Rh. XVIII. p. 580. — Titulus στοιχηδὸν scriptus miscet vetustiores et recentiores litterarum formas: Α Λ (γ) Ϟ Ε (ε, ει) Θ (ϑ) Μ Ν Ι (λ) Ο (ο, ω) Ρ ξ et ϟ Υ Χ (χ).

---

318. Basis marmoris albi in Peneo flumine reperta; nunc asservatur Larissae in didascaleo. Edd. Lolling Ath. Mitth. XI. 1887 p. 450, Roberts Introd. to gr. epigr. n. 242ᵃ p. 380.

Ἀργεία μ' ἀνέϑηκε ὑπὲρ παιδὸς τόδ' ἄγαλμα·
εὔξατο δ' Ἀγήτωρ ϝαστικᾶι εἰνοδίαι.

V. 1 in ἀνέϑηκε ὑπὲρ ν paragogicum omissum; idem mendum inest n. 374. 1: Δαμώνων ἀνέϑηκε Ἀϑαναία[ι] πολιάχωι; in utroque versu hiatus caesura excusatur. Cf. praeterea n. 3. 2. — V. 2 ϝαστικάν dici Hecaten a Thracum genere Ἀσταῖς (cf. Steph. Byz.) putat Lolling; melius tamen Herwerden Stud. crit. p. 113 hoc epitheton explicat: *quae in hac urbe colitur, sive huius urbis patrona*; Haeberlin

ϝαστικά i. q. *πολιοῦχος*. — Litterarum formae: A ▷ E (*ε*, *ει*, *η*) C (*ϝ*) Θ M Y O (*ο*, *ω*) + (*ξ*) R ϟ V; interpunctionis signum : usurpatum ad voces quae non arte inter se cohaerent distinguendas.

---

319. Fragmenta duo columnae striatae Olympiae reperta, ex quibus unum a. 1878 inventum edd. Kirchhoff Arch. Ztg. XXXVI. 1878 p. 143, Kaibel Rh. Mus. XXXIV. 1879 p. 218 n. 1098[a], Roehl Inscr. Gr. ant. 12, alterum a. 1880 excavatum edd. Purgold Arch. Ztg. XXXIX. (1881) p. 86 n. 388, Roehl Inscr. Gr. ant. add. p. 169; utrum que Loewy Inschr. gr. Bildh. 25, Roberts Introd. to gr. epigr. 113[b].

a *Θρασυμάχου παῖδες τοῦ Μαλίου* . . . . . .
τῶι Δὶ Δάιαλκος καὶ . . . . . *με* [*ἀνέθηκαν*].

b *Γρόφων ἐποίει Μάλιος Κα* . . . .*ης*.

Titulus, ut Kaibel adnotat, et propter verborum ordinem et propter articulum ante *παῖδες* omissum versibus continetur. Supplementa quae Roehl proposuit (v. 1 *ἐν Μεγαρεῦσι*, v. 2 *Στρατοκλῆς με ἀνέθεν*, v. 3 *Καβειροκλῆς*) non magni aestimanda sunt. De nominis proprii prima syllaba metri gratia producta cf. quae adnotavi ad n. s. n. 26. — Litterae: A C (*γ*) Δ E ⊕ K ᴉ (*λ*) M Y O (*ο*, *ου*) Γ ᴉ ϟ T Φ X. Litteratura maximam habet similitudinem cum inscriptionibus Meliis, quae inter bella Medica et olymp. 91. 1 (a. 416 a. Chr. n.) exaratae sunt; discedit tamen ab iis forma litterae gamma C, littera O pro *ου* scripta, forma vetustior litterae ⊕ adhibita. Quae dissimilitudines etiamsi exstant, nostrae inscriptionis alphabetum aliud esse quam Melium dubitat Kirchhoff Stud.[4] p. 74 adn. 1. Mihi quoque haec sententia maxime placet, quamquam illae scripturae discrepantiae quomodo explicandae sint non video. Roehl litteraturae inconstantiam eo ortam esse putat, quod aliquot Melii ol. 91. 1 (a. 416 a. Chr. n.) Megara demigrassent ibique recepti litteris nonnullis Megaricis usi essent; verum huius aetatis tituli Megarici, ne loquar de aliis rebus, litterae ⊕ formam non offerunt.

---

320. Fragmenta duo marmoris Parii, reperta Olympiae,

praeter marginem superiorem undique defracta. Ex apographo Purgoldii edd. Roehl Inscr. Gr. ant. 12ª p. 169, Purgold Arch. Zeitg. 1882 n. 428 p. 88 sqq., Loewy Inschr. gr. Bildh. 25 app.

[*Θρασυ*]*μάχου παῖδες τ*[*οῦ Μαλίου* . . . . . .
— — — — — — — — — — — — — — —

Haec reliqua sunt ex basi alterius donarii ab iisdem ac n. 319 dedicati, cuius inscriptio eadem manu incisa esse videtur. Infra litteram ⋸ fastigium alterius litterae, fortasse Μ, superest, ita ut aut verba superioris tituli aliter disposita aut omnino alii versus incisi fuisse videantur.

---

321. Titulus Iulide in insula Cea parieti infixus. Edd. ex Rossii diario Kirchhoff Monatsber. d. berl. Akad. 1868 p. 1 sqq. et Roehl Inscr. Gr. ant. 393; ex accuratiore Halbherri apographo Comparetti Mus. Ital. 1885 I. p. 221, inde Roberts Introd. to gr. epigr. 32.

[*Εἰκόν' Ἀθη*]*ναίης χρυσαιγίδ*<*ε*>*ος ὀβριμ*[*οπάτρης*]
[*ἄνθετο τὴν χρυ*]*σῆν Σίφνιος Ἀλκιδάμας*
. . . . . *τηξηπολ* . . . . *οτα* . *υλα* . .
. . . . . *ναι* . . . . . .

Capita primi et secundi versus supplevit Kirchhoff. — Versus 3. 4 adhuc restituti non sunt; lectiones a Kirchhoffio propositae meliori Halbherri exscriptioni adversantur. Supplementa quae Comparetti temptavit:

[*ἦι γὰ*](*ρ*) *κατήξ' ἡ Πολ*(*ιὰς*) *ἀνάλωτα φυλά*[*σ*](*σ*)[*ει*]
[*ἀστῶν τέ*](*κ*)*να τ*(*ί*)[*ει δ' αὐτά τε καὶ πατέρας?*]

rem metricam et orthographicam corrumpunt atque omnino sobrio iudicio carent. — Litteratura Α ((β) Λ (γ) Δ ⋸ Η (η) Ι Κ ⊢ (λ) Μ ⋎ Ξ Ο Γ ⊢ ⋸ Τ V + Φ.

---

322. Basis quadrata marmoris Pentelici Piraeei reperta. Edd. Hirschfeld Arch. Zeit. 1872 XXX. p. 20 sq, Kaibel Ep. Gr. 759, Roehl Inscr. Gr. ant. 349, Loewy Inschr. gr. Bildh. 48, Roberts Introd. to gr. epigr. 143, Bechtel Abh. d. goett Akad. 1887 p. 101, Cougny Anth Pal. III. 1. 34, Kirchhoff CIA. IV. n. 373[268] p. 204.

a *Πύθων Ἑρμῆι ἄγαλμα Ἑρμοστράτου Ἀβδηρίτης*
ἔστησεμ πολλὰς θησάμενος πόληας.

b *Εὔφρων ἐξεποίησ' οὐκ ἀδαὴς Πάριος.*

Python Abderites titulum et dialecto et litteratura Ionica insculpendum curavit. — V. 2 *θησάμενος* est aoristus verbi *θέομαι*, in qua forma *εη* contractum in *η*; cf. Odyss. XVIII. 191 *ἵνα μιν θησαίατ' Ἀχαιοί*. *πόληας* est forma Ionica (cf. G. Meyer Gr. Gr.[2] § 340 p. 331), cuius longa vocalis ante vocalem correpta (cf. n. s. n. 11. 2). Wilamowitz Ztsch. f. d. Gymn. XXXII. p. 281 sculptorem errore *πόληας* formam Homericam pro Ionica *πόλιας* incidisse putat; cui cur adstipulemur, causam non video. — Artificis titulus pentameter est; cf. n. 68. De Euphrone Pario cf. n. 258. Verbi *ἐξεποίησ'* diphthongus correpta; cf. n. 148. — Litterae Ionicae vulgares praeter V Φ; O pro *ου* scriptum. Titulum quinto a. Chr. n. saeculo tribuit Kirchhoff.

---

323. *Lapis durissimus paene nigri coloris in phalli speciem formatus vici Antipolitani q. d. la Peyrégoue in villulae muro repertus a P. Mougins de Roquefort medico a. 1866. Nunc Antipoli penes Mutersium.* Edd. Froehner Rev. arch. 1867 XV. 360, Heuzey Mem. de la société nationale des antiqu. de France 1874 p. 99 sq., Kaibel Ep. Gr. 784 coll. praef., Roehl Inscr. Gr. ant. 551, Bazin Le galet d' Antibes (Ann. du mus. Guimet vol. X) Paris 1885 p. 1 sqq., Cougny Anth. Pal. III. 1. 49, Lebègue ap. Kaibel. Inscr. Gr. Sic. et Ital. 2424.

Τέρπων εἰμὶ, θεᾶς θεράπων σεμνῆς Ἀφροδίτης·
τοῖς δὲ κατασιήσασι Κύπρις χάριν ἀνταποδοίη.

Recte Heuzey Terponem eorum daemonum numero accedere putat, quales Plato comicus in Phaone fabula (Athen. p. 441ᵉ) enumerat. — Litteratura Ionica vulgaris praeter ϟ V. Titulus saeculo quinto a. Chr. n. scriptus.

---

324. Tabula marmoris candidi a sinistra et dextra parte defracta, prope vicum Platanistum insulae Euboeae reperta. Edd. Pittakes *Ἐφημ.* 3162, Rangabé Ant. Hellén. II. 2237, Roehl Inscr. Gr. ant. 7.

[Κρά]ναϑ' Ὀδίτηι [ἀρωγοὶ ἐέλδωρ, ὅ]ς μ' ἐπόησεν
τόνδε β[όλον, ξαν]ϑαὶ Συράδες, εὐξάμ[ενος].

Temptavit Roehl; supplementa valde incerta. V. 1 *Κράναϑ' Ὀδίτῃ* i. q. *ἐκράνατε Ὀδίτηι*; v. 2 *Συράδες* nomen fuisse nympharum suspicatur Roehl. — Litterae memorabiles A D E (*ε*, *η*) Θ R ⊰ V + (*χ*, fortasse *ξ* cf. Kirchhoff Stud.⁴ p. 119); *hunc titulum in Atticis ponere liceat, donec novi Euboeae tituli plura nos docuerint.* (Roehl)

---

325. Fragmentum basis Erythris repertum. Edd. Lebas Voy. arch. III. 38 c. text. p. 6, Ross Arch. Aufs. II. 677 sqq., Kaibel Ep. Gr. 769, Loewy Inschr. gr. Bildh. 59, Cougny Anth. Pal. III. 1. 46 (= III. 1. 10ᵉ add.).

. . . ϑέρσης ἀνέϑηκεν Ἀϑηναίηι πολιούχ[ωι]
πα[ῖς] Ζωίλου· Νήτης δ' ἔ[ρ]γ[ο]ν [ἔ]τευξε τοδε.

V. 1 *[Κλευ]ϑέρσης* Keil ap. Rossium; *[Παν]ϑέρσης* Lebas. Versum 2 restituit Ross, nisi quod nomen *Νήτης* invenit Buecheler; Ross *Ἠνήτης* pro *Ὀνήτης* i. e. *Ὀνάτας* scriptum fuisse putavit. Vocis *Ζωίλου* prima syllaba correpta est; cf. n. 11. 2. — Litterae Ionicae vulgares praeter N; *O* pro *ου* scriptum; titulus sub finem quinti aut adeo initio quarti saeculi inscriptus esse videtur.

---

326. Basis marmorea Olympiae reperta. Ed. Pomtow Topogr. v. Delphi p. 54 sqq. c. tab. XIV nr. 39 et Athen. Mitth. XIV. (1889) p. 16 sqq. et p. 40.

Πύθι᾽ Ἄπολλον ἄν]αξ, τά[δε σοι καλὰ] δῶ[ρ᾽ ἀνέθηκεν]
αὐτοχθὼν ἱερᾶς λαὸς ἀ[π᾽ Ἀρκαδί]ας·
Νίκηγ Καλλιστώ τε Λυκάο[νος], τῆι πο[τ᾽ ἐμίχθη]
Ζεύς, ἱεροῦ δὲ γένους Ἀρκ[άδ᾽] ἔφυσε κό[ρον]·
5 *ἐκ τοῦ δ᾽ ἦν Ἔλατος καὶ Ἀφε[ίδ]ας ἠδὲ κ[αὶ Ἀζάν],*
τοὺς δ᾽ Ἐρατὼ νύμφα γείνατ᾽ ἐν Ἀρκαδί[αι]·
Λαοδάμεια δ᾽ ἔτικτε Τρίφυλον, παῖς Ἀ[μύκλαντος],
Γογγύλου ἐκ κούρας δ᾽ ἦν Ἀμιλοῦς Ἔρα[σος]·
τῶνδε σοὶ ἐκγενέται Λακεδαίμονα δη[ιώσαντες]
10 *Ἀρκάδες ἔστησαν μνῆμ᾽ ἐπιγινομένοις.*

Cf. Paus. X. 9. 5: *Ἐφεξῆς δὲ Τεγεατῶν ἀναθήματα ἀπὸ Λακεδαιμονίων Ἀπόλλων ἐστὶ καὶ Νίκη καὶ οἱ ἐπιχώριοι τῶν ἡρώων, Καλλιστώ τε ἡ Λυκάονος καὶ Ἀρκὰς ὁ ἐπώνυμος τῆς γῆς καὶ οἱ τοῦ Ἀρκάδος παῖδες Ἔλατος καὶ Ἀφείδας καὶ Ἀζάν· ἐπὶ δὲ αὐτοῖς Τρίφυλος· τούτῳ δὲ ἦν οὐκ Ἐρατὼ τῷ Τριφύλῳ μήτηρ, ἀλλὰ Λαοδάμεια ἡ Ἀμύκλα τοῦ ἐν Λακεδαίμονι βασιλεύσαντος· ἀνάκειται δὲ καὶ Ἔρασος Τριφύλου παῖς. Οἱ δὲ εἰργασμένοι τὰ ἀγάλματα Παυσανίας ἐστὶν Ἀπολλωνιάτης, οὗτος μὲν τόν τε Ἀπόλλωνα καὶ Καλλιστώ, τὴν δὲ Νίκην καὶ τοῦ Ἀρκάδος τὴν εἰκόνα ὁ Σικυώνιος Δαίδαλος· Ἀντιφάνης δὲ Ἀργεῖος καὶ Σαμόλας Ἀρκάς, οὗτος μὲν τὸν Τρίφυλον καὶ Ἀζᾶνα, Ἔλατον δὲ καὶ Ἀφείδαντά τε καὶ Ἔρασον ὁ Ἀργεῖος· ταῦτα μὲν δὴ οἱ Τεγεᾶται ἔπεμψαν εἰς Δελφοὺς Λακεδαιμονίους, ὅτε ἐπὶ σφᾶς ἐστρατεύσαντο, αἰχμαλώτους ἑλόντες.* Quod attinet ad titulum nostrum supplendum, de versuum primi et tertii restitutione dubitari potest. Versum 1 sic, ut ipse praebeo, temptavit Diels ap. Pomtowium; ibidem Kirchhoff *τά[δ᾽ ἀγάλματ᾽ ἔ]δω[κεν ἀπαρχάς]*, Roehl *τά[δε σὸν κατὰ] δῶ[μ᾽ ἀνέθηκεν]*. Omnes hae restitutiones, ut Pomtow recte adnotat, non bene quadrant in verba Pausaniae, qui inter statuas a Tegeatis dedicatas Apollinem fuisse tradit. Quam difficultatem ut editor nostrae inscriptionis, qui ipse Kirchhoffii supplementum praebet, e medio tollat, Pausaniam erravisse putandum esse censet. Verum nonne nominat ille artificem, qui statuam Apollinis confecit? Quamquam igitur

nullius viri docti conatus pristinam huius versus formam mea quidem sententia assecutus est, tamen Dielsii coniecturam, quae mihi maxime arridet, in textum recepi. — V. 3 *Λυκάο[νος]* praebet editor; *Λυκα[νίδα]* proposuerunt Kirchhoff, Diels, Roehl apud Pomtowium; lapis ΛΥΚΑϹ.. ϟ; neutrum igitur supplementum litterarum reliquiis plane convenit. An in lapide exstitit *Λυκαο[νίδ]α*, qua in voce lapicida aut errore litteram quandam omisit aut ob aliquam causam ordinem litterarum *στοιχηδὸν* dispositarum disturbavit? *Λυκάονος* legendum per synizesin vocalium *αο*; cf. n. 7. 2. — Monumentum hoc non multo post annum 369, cuius anni hieme Arcades una cum Boeotiis eorumque sociis in Laconicam incursionem fecerunt, erectum esse Pomtow comprobavit. His temporibus floruerunt etiam artifices huius dedicationis, de quibus aliunde nonnihil scimus: Daedalus Sicyonius et Antiphanes Argivus; Pausanias Apolloniates et Samolas Arcadius ceteroquin ignoti sunt — Litteratura vulgaris praeter Ν.

---

327. Lapis Minutolino inter Abusir et Memphin repertus; naufragio periit. Edd. Franz CIG. 4702, Kaibel Ep. Gr. 775, Cougny Anth. Pal. III. 1. 78.

[*Ἀργαλέου πολέμου κρυερὸν νέφος οἵδε φυγόντες*]
[*κλειναῖς οἰκ*]*οδομαῖς Τᾶνον θεὸν ἱδρύσαντο.*

Sequuntur nomina.

Temptavit Kaibel. *Τᾶνος ist der zu Memphis verehrte mit Ptah zusammenfallende Weltschöpfer Tanon.* (Drexler W. f. kl. Ph. 1886 p. 1081 sq.) — Ex litteratura nominibusque Franz evicit titulum esse mercenariorum, qui Chabria Atheniensium duce circa a. 360 ante Chr. n. in Aegypto pugnaverunt. — Litterae vulgares.

---

328. Tabula marmoris albi reperta Larissae. Ed. Lolling Athen. Mitth. VIII. (1883) p. 23.

Μούσαις Εὐρυδάμας ἀνέθηκε υἱὸς Κρατεραίου,
τόμ ποτε μὴ λε[ί]ποι τερψίχορος σοφία.

Litterae vulgares; *O* pro *ov* scriptum.

---

329. *In muro urbis Prienae non magnis litteris difficilibusque lectu.* Edd. Boeckh CIG. 2907, Lebas Voy. archéol. III. 186, Ross Arch. Aufs. II. 582 sq., Kaibel Ep. Gr. 774, Bechtel Abh. d. goett. Ak. 1887 p. 88 n. 141, Cougny Anth. Pal. III. 1. 103.

Ὑπνωθεὶς Φίλιος, Κύπριος γένος ἐξαλαμῖνος,
υἱὸς Ἀρίστωνος, Ναόλοχον εἶδεν ὄναρ
Θεσμοφόρους τε ἁγνὰς ποτνίας ἐμ φάρεσι λεοχοῖς·
ὄψεσι δ' ἐν τρισσαῖς ἥρωα τόνδε σέβειν
5 *ἤνωγον πόλειως φύλακον χῶρόν τ' ἀπέδειξαν·*
ὧν ἕνεκα ἵδρυσεν τόνδε θειὸν Φίλιος.

Ex Rayeti ectypo apparet versu primo in lapide fuisse *ὑπνωθείς*; cf. Foucart Rev. crit. 1879 I. p. 31. — Naulochum esse heroem eponymum urbis cognominis ad Maeandrum sitae, quae Prienae erat subiecta, volunt Waddington ad Leb. et Foucart. Contra quos Blass Jb. f. klass. Philol. CXLIII. (1891) p. 167 sq. suo iure explicat *Ναόλοχον* esse pro urbe ipsa accipiendum et *ἥρωα τόνδε* indicare illum deum, quem statua repraesentatum aspicientes videbant. — Ionica non est dialectus, verum scribendi ratio: v. 2 *Ναόλοχον*, v. 3 *λεοχοῖς*, v. 5 *πόλειως*, v. 6 *θειόν*. — V. 1 *ἐξαλαμῖνος* i. e. *ἐκ Σαλαμῖνος*, cf. *ἐξυβριτᾶς* CIG. 3049, *ἐξύρου* CIG. 2347°, *ἐξουνιέων* CIG. 789. — V. 4 *ἥρωα* simili ratione legendum atque *ἥρωος* Od. VI. 303 (— ⏑ ⏑); cf. n. 11. 2. — Litteratura vulgaris praeter Ν et Ξ (semel); titulum neutiquam post a. 334 a. Chr. n. insculptum esse propter litterarum formas Bechtel contendit.

---

330. *Xanthi in obelisco litteris Lyciis tecto, in latere euroaquilonem spectante in media inscriptione Lycia.* Edd. Franz CIG. 4269 coll. add. III. p. 1122, Kaibel Ep. Gr. 768, Cougny Anth. Pal. III. 1. 83.

[Ἐ]ξ οὗ τ' Εὐρώπην [Ἀ]σίας δίχα πόν[τ]ος ἔνε[ιμεν],
[ο]ὐδείς πω Λυκίων στήλην το(ι)άνδε ἀνέθηκ(ε)ν
[δώ]δεκα θεοῖς ἀγορᾶς ἐν καθαρῶι τεμένει,
[νικ]έων καὶ πολέμου μνῆμα τόδε ἀθάν(α)τον.
5 [Χέρσ]ις ὅδε Ἁρπάγου υἱός, ἀριστεύσας τὰ (ἅ)π[α]ν[τα]
[χε]ρσὶ παλὴν Λυκίων τῶν τότ' ἐν ἡλικίαι·
[πο]λλὰς δὲ ἀκροπόλεις σ(ὺ)ν Ἀθηναίαι πτολιπόρθ[ωι]
[π]έρσας συνγενέσιν δῶκε μέρος βασιλέας.
[ὧ]ν χάριν ἀθάνατο(ί) οἱ ἀπεμν(ή)σαντο δικαίαν·
10 ἑπτὰ δὲ ὁπλίτας κτεῖνεν ἐν ἡμέραι [Ἄρ]σαδας ἄν[δρας]·
Ζηνὶ δὲ π(λ)εῖστα τροπαῖα β(ρ)οτῶν [ἔστ]η[σ]εν ἁπάν(τ)ων·
καλλίστοις δ' ἔργοις Κα . . κα γένος ἐστεφάνωσεν.

Titulus scriptus est *στοιχηδὸν* nec tamen constanter; huc accedit quod lapicida in inscriptione incidenda nonnullas litteras omisit, alias male insculpsit. De vocum *θεοῖς* v. 3 et [*νικ*]*έων* v. 4 et *βασιλέας* v. 8 synizesi cf. n. 7. 2. — V. 5 *Χέρσ*]*ις* temptavit Franz; de hiatu inter *τὰ* et (*ἅ*)*π*[*α*]*ν*[*τα*] cf. n. 3. 2. — V. 6 *παλήν* pro *βαλήν* i. e. *βασιλεύς* positum vid. Bergk Arch. Zeitg. 1847 p. 33 et M. Schmidt Lyk. Stud. p. 130. — Ad v. 9 affert adposite Kaibel Hes. Theog. v. 503: *Οὐρανίδαι, οἵ οἱ ἀπεμνήσαντο χάριν εὐεργεσιάων.* De versus hiatu cf. quae adnotavi ad n. s. n. 174. V. 10. . . ϹΑΔΑϹ in lapide esse testantur Schoenborn Arch. Ztg. 1844 p. 279 et Lloyd ib. 1848 p. 68; inde efficiunt *Ἄρσαδας*; sed nomen incertum. — Versum 11 supplevit Bergk, nisi quod *ἔστησεν* iam alii dederant. — V. 12 in ΚΑ . . ΚΑ gentis auctoris nomen latet, quod ut inveniret adhuc nemini contigit. — Ad quattuor priores versus affert Kaibel Anth. Pal. VII. 296, Simonideum quod fertur epigramma:

Ἐξ οὗ τ' Εὐρώπην Ἀσίας δίχα πόντος ἔνειμε
καὶ πόλιας θνητῶν θοῦρος Ἄρης ἐφέπει,
οὐδενί πω κάλλιον ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν
ἔργον ἐν ἠπείρῳ καὶ κατὰ πόντον ἅμα.

et epigramma Atticum n. s. n. 352:

Ἐξ οὗ Κέκροπα λαὸς Ἀθηναίων ὀνομάζ[ει]
καὶ χώραν Παλλὰς τήνδ' ἔκτισε δήμωι Ἀ[θηνῶν],
οὐδεὶς Σωσιβίου καὶ Πύρρα μείζονα θ[ν]ητ[ῶν]
φυλὴν Κεκροπιδῶν ἔργωι ἔδρασε ἀγαθά.

Videtur Alexandri Magni aetate non recentius; qui adcuratiores temporum calculos inierunt (Franz et Bergk) vereor ne nihil profecerint. (Kaibel) Litterae Ionicae vulgares praeter Ν et Θ O minoris quam reliquae moduli; Ε pro *ει* scriptum.

---

331. *Säulentrommel vom Pronaos des Athenatempels aus graublauem Trachyt . . . . gefunden . . . . September 1879 unterhalb der byzantinischen Mauer südostlich von der Agora . . . die Inschrift befindet sich . . . . unmittelbar am oberen Rande.* Ed. Fraenkel Pergam. Inschr. I. n. 2 p. 2.

. . . . . *ος [τ]όνδε ἀνέ[θηκεν]*
Ἀρτέμωνος παῖς σοί, τριτογένεια θεά.

Patris nomen versum alterum violat, cf. quae adnotavi ad n. s. n. 26. — Litterae vulgares praeter Ν. Propter scripturae rationes titulum quarto a. Chr. n. saeculo tribuit Koehler apud Bohnium Altert. von Pergamon II. p. 24.

---

332. Simpulum argenteum Idalii repertum. Edd. M. Schmidt Inschr. von Idal. n. 3, Deecke Dial.-Inschr. I. n. 61. p. 30 sq., O. Hoffmann Gr. Dial. I. p. 73 n. 136.

Ἀμ(μ)ῦς κατέθηκε τᾶι θιῶι τᾶι Γολγίαι.

Editores omnes secundam litteram ·Χ pro ·Χ· intellegentes nomen dedicatoris *Ἀμ(μ)ῦς* esse volunt praeter O. Hoffmannum, qui signum hoc *ke* significare contendens nomen *Ἄγης* vel *Ἄκης* restituit. Huic supplemento id maxime adversatur, quod hac restitutione probata *ke* in una eademque inscriptione duobus signis valde inter se diversis expressum esset. Quam ob rem ipse quoque nomen *Ἀμ(μ)ῦς* legendum esse censeo.

— Titulus inter septimum et quartum saeculum incisus est; accuratius quidquam de huius aetate dici nequit.

---

333. Basis statuae calcariae Curii reperta. Edd. Hall Journ. of the Americ. Orient Soc. X. tab. VIII. 32, Deecke Dial.-Inschr. I. 45, Meister Gr. Dial. II. p. 145 et p. 200 sq. et Zum el., ark., cypr. Dial. p. 20, O. Hoffmann Gr. Dial. I. p. 62 n. 120.

Ἀριστώχων ὁ Ὀνασί(ja)
ὐευξάμενος περὶ παιδὶ τῶι Περσεύται ὐνέθηκε.
ἰ(ν) τύχαι.

Versum 1 legit O. Hoffmann; v. 2 *ὐευξάμενος* Ahrens Philol. XXXV. p. 27 i. e. *ἐπευξάμενος*. — De aetate huius tituli id tantum dici potest inscriptionem inter saeculum septimum et quartum incisam esse.

---

334. Tabulae tres marmoreae subcaeruleae ad idem bathrum magnum pertinentes, repertae mens. novembr. a. 1884 et mens. mai. a. 1885 Pergami in Minervae aedibus una cum quattuor similibus tabulis scriptura carentibus. Ed. M. Fraenkel Pergamen. Inschr. I. n. 10—12 p. 8 sqq.

I [*Πολ*]*λὰ μὲν ἐγ Λ*[*ιβ*]*ύης ἦλθ' ἅρματα, πολλὰ δ' ἀπ' Ἄργε*[*υς*],
[*πο*]*λλὰ δὲ π*[*ι*]*είρης ἦλθ' ἀπὸ Θεσσαλίης,*
[*ο*]*ἶσιν ἐν*[*η*]*ρι*[*θμ*]*εῖτο καὶ Ἀττάλου. ἀθρόα δ' ὕσπληξ*
πάντα διὰ στρεπτοῦ τείν[*ατ' ἔ*]*χουσα κάλω·*
5 [*ἦ*] *μέγ'* [*ἐπ*]*α*[*χ*]*ήσασα θοὰς ἐξήλασε πώλους,*
αἱ δ[*ὲ*] *διὰ σταδίου πυκνὸν ὄρεγμ' ἔφερον,*
ἄλλαι ἐπ' ἄλλα θέουσαι. ὁ δ' Ἀττάλου ἶσος ἀέλλῃ
δίφρος ἀεὶ προτέραν πο[*σσὶν ἔφ*]*α*[*ινε κ*]*όνιν·*
χοὶ μὲν ἔτ' [*ἀ*]*μπνείοντες ἐδήριον, αὐτὰρ ὁ τοῖσ*[*ιν*]
10 *ἐγρ*[*ά*]*φεθ', Ἑλλάνων ταῖς τόκ*[*α μυ*]*ριάσιν.*
φῆμα δ' εἰς Φιλέταιρον ἀοίδιμος ἦλθε καὶ οἴκους
Περγάμου Ἀλείωι τ[*ει*]*σαμένα στεφάνωι.*

II . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
5 [ἧ]λ[ϑε . . .]ν ὥκιστος . . . . . .
τήνω καὶ μεγ[α . . . . . .
ἧς μέγα πρατ . . . . . .
Ἀσιάδων νικ[α . . . . . .
ἑξῆς γὰρ με[τ . . . . . .
10 πολλὸν τοὺς . . . . . .
Ἕλλανες δὲ . . . . . .
Ἄτταλον ὡς . . . . . .

III — — — — —
Ἐπίγονος ἐποίησεν.

Supplevit Fraenkel, nisi quod primi carminis v. 12 *τεισαμένα* coniecit A. Wilhelm Ath. Mitth. XVI. (1891) p. 347 adn. 1 pro *τελσαμένα* a Schuchhardtio proposito. — De carm. I. v. 9 *χοὶ* cf. n. 5. 1. — Celebratur victoria Olympiae ab Attalo patre Attali I, fratre minore Philetaeri, reportata, ad quam fortasse etiam Arcesilai epigramma ap. Laert. Diog. IV. 6. 30 referendum est. Titulum igitur a. 263 a. Chr. n. antiquiorem esse effecit Fraenkel. — Litterae vulgares praeter ΝΞΓ et theta et omicron paullo minoris moduli.

---

335. Fragmentum tabulae albae marmoreae Pergami vere anni 1879 in muro Byzantino repertum. Ed. Fraenkel Pergamen. Inschr. I. n. 14 p. 17.

[Ἀριστόνικο]ς Ἀϑ[ηναίη]ι.

[Το]ίη μοι παρσ[τᾶσ]α, Διὸς ϑύγατερ μεγάλοιο,
Παλλάς, ἀνεμ[νή]σας τῶμ προτέρωμ παϑέων.
. . ως δ' ἐστὶ . . . ν Ἀριστονίκου πολὺς ὧδε
. . . . . σα]ῖς ὑποϑημοσύναις
. . . . λησ [. . . . . μισ(?)]ϑὸν καταϑεὶς σὺ δὲ [τ]ο . . .
. . . . . αιχαμ . . . . .

Supplevit Fraenkel. — V. 3 nomen proprium metro adversatur, sed cf. quae adnotavi ad n. s. n. 26. — Litterae vulgares praeter Ν.

---

336. Pars superior tabulae marmoreae subcaeruleae, composita ex tribus fragmentis Pergami in area theatri infra aram magnam repertis. Ed. M. Fraenkel Pergam. Inschr. I. n. 15 p. 18.

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
Εὐμέ[νεο]ς, Πολιά[ς, τ]ήνδε . . . . . .
5 *τέρπεο δερκομ[ένη· φιλ]έεις δέ μιν, οὐ γ[ὰρ ἂν] οὕτω*
δου[ρί τ]ε κ[α]ὶ [ν(ί)]κη[ι . . . . . .

Litterarum formae vulgares, sed Ν et Ο Ω minore quam reliquae mensura.

---

337. Fragmentum tabulae lapidis calcarii subcaerulei Pergami mens. iun. a. 1881 in templo Minervae repertum. Ed. Fraenkel Pergam. Inschr. I. n. 16 p. 18.

a	b
ἄν]αξ(?)	⫼*κα*
Ἑλλ]άδο[ς	*ενει*
≗*ν*	*πα]τρίδι κο* . . .
	αν.

Haec esse fragmenta carminis dedicatorii agnovit editor. — Litterae vulgares.

---

338. Lapis calcarius ab omni parte defractus, repertus mens. octobr. anni 1884 in theatro Pergameno. Ed. Fraenkel Pergam. Inschr. I. n. 17 p. 18.

. . . . . *χά]ριν Δι[ί* s. *Δι[ός* . . . . .
. . . . . *τη[ν]* . . . . . .

Lacinias has pertinere ad epigramma dedicatorium sensit Fraenkel. — Litterae vulgares praeter N.

339. Basis marmorea, reperta Elateae in ruderibus ecclesiae Panagiae. Edd. P. Paris Bull. de corr. Hellén. X. (1886) p. 367, Cougny Anth. Pal. III. 1. 101[b] p. 587.

Ποντίωι ἱππομέδοντι Ποσειδῶνι Χρόνου υἱεῖ
ἡ πόλις εὐξαμένη τοὐσδ' ἀνέθηκε θεῶι
ἡμιθέους σωτῆρας ὑπὲρ προγόνων τε καὶ αὐτῶν
καὶ γῆς καὶ τεκέων καὶ σφετέρων ἀλόχων.

Is qui primus edidit hunc titulum ad basin monumenti a Phoceis Thessalis feliciter victis Neptuno eponymi Phoci patri dedicati pertinere censet. Verum cum cladem Thessalorum fuisse ante bella Medica Paus. X. 1 tradat atque epigramma et propter scripturae rationem et propter poematii formam tam vetusto tempori neutiquam adscribi possit, pristinum monumentum postea restauratum novaque inscriptione exornatum esse suspicatur. Qua in restauratione is qui incisit titulum vetustioris alphabeti proprietatem retinens litteram O puncto notatam scripsit, quod punctum etiam litterae Ω tribuit. Sed lapicidam quendam litterarum formas prioris aetatis tali modo imitatum esse nullo exemplo probari potest. Attamen quidquid de causa cur monumentum nostrum erectum sit cogitamus, titulum *στοιχηδὸν* scriptum litterarum speciem saeculi quarti praebere apparet. Litteratura Ionica vulgaris praeter N Ξ; O Ω punctum habent.

340. Cymbium in inventario templi Apollinis Delii ol. 149 enumeratum. Ed. Homolle Bull. de corr. Hellén. VI. (1882) p. 33 l. 41.

Ἱστιαιεύς μ' ἀνέθηκεν Κάλλωνος ὕπερ· φίλ' Ἄπολλον,
τήνδε συναμφοτέροις εὐτυχίην ὄπασον.

Leutsch ap. Menrad. Wochenschr. f. klass. Philol. 1887 n. 51 proposuit non male *Κάμωνος*; sed hic quoque, ut in mul-

tis aliis locis nomine proprio metrum corrumpitur (cf. quae adnotavi ad n. s. n. 26). De *ν* paragogico falso addito cf. n. 12. 1. In nomine proprio *Ἱστιαιεύς* diphthongus *αι* correpta est; cf. n. 148. 3. — V. 2 *τήνδε εὐτυχίην* i. e. bonam valetudinem, quam priore versu Hestiaeus a deo petit; Useneri coniectura Altgr. Versb. p. 30 *τὺν δὲ* supervacanea est. — Aetas huius tituli accuratius definiri nequit; necesse tamen est eum ante ol. 149 (a. 181 a. Chr. n.) incisum esse.

---

341. Cymbium in inventario templi Apollinis Delii ol. 149 enumeratum. Edd. Homolle Bull. de corr. Hellén. VI. (1882) p. 34 l. 46sq., Dittenberger Syll. inscr. II. n. 367 p. 513.

Ἥρ[α]ι Θηρὶς τήνδε ἀνέθηκεν παῖς Ἀμιάντου.

Initium correxit Dittenberger; lapicida errore pro Α insculpsit Χ. In Apollinis Delii aedibus etiam aliorum deorum dearumque donaria, ut monumentorum dedicatorum enumeratio nos docet, reposita habebantur. — Aetas huius tituli accuratius definiri nequit; necesse tamen est eum ante ol. 149 (a. 181 a. Chr. n.) incisum esse.

---

342. Phiala in inventario templi Apollinis Delii ol. 149 enumerata. Edd. Homolle Bull. de corresp. Hellén. VI. (1882) p. 34, Dittenberger Syll. inscr. II. n. 367 p. 513.

Μύνδιος Ἀρτεμῆς Θεοκρίτου Ἀπόλλωνι
Δηλίωι.

Dedicationis verba versum integrum cum initio alterius efficere manifestum est; neque enim si pedestri sermone usus esset, qui scripsit, ethnicum Μύνδιος primo loco posuisset; nominum Ἀρτεμῆς et Θεοκρίτου mensura necessitate excusatur. (Dittenberger) Cf. quae adnotavi ad n. s. n. 26. — Vocis *Ἀπόλλωνι* syllaba prima producta; aeque n. 300. — Quae ad tempora haec inscriptio pertineat, efficere nequimus; antiquior tamen est ol. 149 (a. 181 a. Chr. n.).

---

343. Fragmenta duo lapidis cani Elateae reperta. Edd. Loewy Inschr. gr. Bildh. 155[c] p. 388, P. Paris Bull. de corresp. Hellén. XI. (1887) p. 345.

[Π]ότνια Ἀθηναία, τόδε [δέξαι ἀμεμφὲς ἄγαλμα],
τὸ πρέπον ἐν χαλκῶι σ[οί γ' ἀνέθηκα σέβων],
ἐξ ὁσίων ἔργων ἀκροθίν[ιά τ' ἠδὲ δι]καί[ων]
πολλάκι καλλιτέχνωι φωτι . . . σ . η μ . . . .
τῶι σφε καὶ Εὐκλείδης Μουσᾶ[ν . . .]ιερος
κοσμεῖ ἀειμνήστοις εὐλογ[ί]ας ἔπεσιν.

Ξενοκράτης Ἐργοφίλου ἐπόησε.

Supplevit Paris, nisi quod versum 3 temptavit Haeberlin, qui etiam *ἀκρόθιν' [ἤθει τε δι]καί[ωι]* proposuit; Paris voluit *ἀκροθίν[ια, μνῆμα δί]και[ον]*. V. 2 Haeberlin recte in *γε* offendit. — Litteratura vulgaris praeter ΝΞ; Paris titulum tertio saeculo a. Chr. n. tribuit.

---

344. Fragmentum basis marmoreae albae Sami in insula repertum; exstant exordia epigrammatis. Ed. P. Girard Bull. de corr. Hellén. V. (1881) 486.

. . . . . *Σ]τράτωνος*
. . . . . *ος ἦλθεν*
. . . . . *ιν ὅσσα ἐώργει*
. . . . . *ἀρίδηλα*
5 . . . . . *ς γένετ' ἀνδρῶν*
. . . . . *οις*
. . . . . *Β]άκχον*
. . . . . *α]ν.*

De versus tertii hiatu cf. quae adnotavi ad n. s. n 174. — Litterae vulgares.

---

345. Mytilenis in ludo publico, marmor pernigrum. Edd. Conze Lesbos p. 12 coll. tab. V. 2, Kaibel Ep. Gr. 780.

Τήνδε Ποσείδ[ιππος . . . . . εἰκόν' ἔθηκεν]
κοσμῶν Παιᾶνο[ς . . . . . .
ναοῦ Θ' ἥδε πόλις πη[κτοὺς ἐπέθηκε πυλῶνας]·
ἀνθ' ὧν σῆς τέχν[ης ἐλπόμεθ' ὠφελίην].

Temptavit Kaibel; v. 4 scripseris etiam *εὐχόμεθ'*; v. 3 aequo iure scribi potest: *ναοῦ Θ'· ἡ δὲ πόλις.* — Litterae vulgares.

---

346. Fragmentum basis albae marmoreae ex insula Imbro Londinium devectum. Edd. Boeckh CIG. 2156, inde Kaibel Ep. Gr. 772; Hicks Anc. gr. inscr. in the Brit. Mus. I 58 p. 128 et add., Cougny Anth. Pal. III. 1. 77.

Κήρυκι ἀθανάτων Ἑρμῆι σιῆσάμ με ἀγοραίωι
σοὶ μέν, ἄναξ, δῶρον, κόσμον δὲ αὐτοῖσι τιθέντες
αὐτοκασίγνητοι παῖδες πατρὸς ἐξ Ἀγασίππου.

Ἀγασικράτης Εὐωνυ(μεύς). Ἀγασικλῆς Εὐωνυ(μεύς).

Ad versum 1 cf. Hesiod. Theog. 938: *Μαίη τέκε κύδιμον Ἑρμῆν κήρυκ' ἀθανάτων.* — Litterae vulgares praeter Ξ. Interpunctionis nota : in subscriptione singula verba distinguit.

---

347. Basis alba marmorea Cedreae reperta. Edd. Diehl et Cousin Bull. de corr. Hellén. X. (1886) p. 424.

Ἡ μάλα καὶ ταύταν ὁ Κλειππίδα εἵσατο Νίκων
εἰκόνα τῆιδε κλυτὸμ μνᾶμα καὶ ὀψιγόνοις,
δαρὸν ὅπως θυόεντι θεοῦ γέρας ἅ γ' ἐνὶ ναῶι
ἡμένα ἀγγέλλοι δῶρα θυαπολίας.

Litterae vulgares praeter theta et omicron minoris quam reliquae moduli; ΕΙ pro *ηι* in *τεῖδε.*

---

348. Calymnae, in oppido cognomine ad murum posticum aedis *τῆς Παναγίας.* Edd. Ross Inscr. inedit. III. 298 p. 39, Kaibel Ep. Gr. 778, Dittenberger Herm. XIII. (1878) p. 393 sq., Loewy Inschr. gr. Bildh. 467, Cougny Anth. Pal. III. 1. 105.

Νικίας με ἀνέθηκεν, Ἄπολλ(ο)ν⟨ι⟩, υἱὸς Θρασυμήδεος,
ἔργων ὧν ὁ πατὴρ ἠργάσ(σ)ατο τὴν δεκάτην σοι.

Versus prioris, quo lapis exhibet *Ἀπόλλωνι*, metrum claudicat. Mendum ut sanaret, Herwerden Mnem. 1882 p. 393 et Stud. crit. p. 9 *υἱός* utpote lapicidae glossema delevit, Menrad Wochenschr. f. klass. Philol. 1887 n. 51 et alteram vocis *Ἀπόλλωνι* syllabam corripiendam et *ν ἐφελκυστικὸν* verbo *ἀνέθηκε* a quadratario falso adiectum esse putavit. Sed neque *υἱός* deleri potest, quae vox, cum in ceteris inscriptionibus metricis rarissime patris nomen solo genetivo addatur, hic propter verborum positionem postulatur, neque eo versum corrigere par est, ut voci cuidam mendum metricum obtrudamus. Itaque iam nihil aliud restat, quam ut priorem versum ita accipiamus ut nobis traditus est, nisi forte Dittenbergero *Ἄπολλ(ο)ν υἱὸς* suspicanti adstipulamur, quae coniectura cum et metro et constructioni epigrammatis perbene satisfaciat, in textum recipienda esse videtur, praesertim cum lapidarium eius qui panxit hexametrum similibus titulis respectis corrupisse facile intellegatur. — De *Νικίας* metrum violante cf. quae adnotavi ad n. s. n. 26. — Vocis *υἱὸς* syllaba prior correpta est; cf. n. 148. — De synizesi per quam legendum *Θρασυμήδεος* cf. n. 7. 2. — Litterae vulgares.

---

349. Anno 1889 prope aediculam Musarum Thespiensem Francogalli stelam votivam lapidis calcarii duri in tres partes imparis magnitudinis divisam reppererunt. Edd. P. Jamot Bull. de corresp. Hellén. XIV. (1890) p. 546 sqq. et tab. IX. X. et Dittenberger IGS. I. add. 4240.

Ex partibus cippi suprema, capituli instar aliquanto eminens, habet inscriptionem metricam tribus versibus hexametris compositam; haec cognosci possunt:

I . . . *ιος Ἀμφικρίτου Μούσαις ἀνέθηκε,*
ὃς μ . . . . . ,ἵν' ἀεινῶς
καὶ γέν[ε]ος τὸ τέλος [κεί]νωι κα[ὶ τοῦ]νομα σώιζοι.

Versum tertium enucleavit Dittenberger, verba recte interpretatus: *Optat ut deus prolem desideratam et nomen suum in perpetuum conservet.* — V. 3 de *τοὔ]νομα* cf. n. 5. 1. — Sequitur anaglyphum senem caecum cum efferata barba hirtisque capillis et cum foramine triangulo in summa fronte repraesentans, *dont le torse nu semble sortir d'une gaîne.* Inferior haec columnae pars duabus ornata est inscriptionibus, ex quibus una infra imaginem insculpta quattuor hexametros continet; haec nondum evanuerunt:

II *Οὗτος ἀ[ρισ]τοφο . . . . . β[ρ]οτῶ[ι ἶ]σα*
οὐκ ἀ[δαὴ]ς Ἑλικὼν Μο[υσάω]ν χρη[σ]μὸν ἰαχέω·
ἁ πειθομένοι(σι) βροτοῖς ὑποθήκαις Ἡσιόδοιο
εὐνομία χ[ώρ]α τ' ἔ[σ]τ[αι] καρποῖσι βρύουσα'.

Horum versuum restitutio paene tota Dittenbergeri est. *Recte οὗτος v. 1 ad senis horridi effigiem, infra quam ipsam hoc carmen scriptum est, rettulit Jamotus. Ille autem sine dubio Helicon mons est, quem sumo ipsum vaticinantem fingi a poeta . . . . Duo postremi versus ipsum vaticinium continent, in quo lapicidae . . . . error necessario emendandus mihi fuit πειθομένοισι pro πειθομένοιο.* — V. 2 *ἰαχέω* per synizesin legendum; cf. n. 7. 2. — Altera inscriptio circa coronam lauream exarata et ipsa quattuor versibus constitisse videtur; ex hac supersunt:

. . . . . .
Ἡσίοδος Διίου Μούσας Ἑλικῶνά τε θεῖον
καλ(λ)ίστοις ὕμνοις . . . . . .
. . . . . *σ . Μούσας.*

Litterae vulgares praeter M et omega minoris quam reliquae mensurae; *l'inscription . . . . ne peut pas être posterieure au III*me *siècle.* (Jamot)

B. HOMINUM HONORES.

1. ATTICA.

350. *In marmore Pentelico a tribus partibus praefracto, reperto in arce.* Edd. Pittakes Ἐφημ. 171 et 2309, Kaibel Ep. Gr. 771, Loewy Inschr. gr. Bildh. 62, Koehler CIA. II. 1425.

. . . . ἀρετῆς . . . . . .
[δῆμο]ς ὅδε αὐτόχθων ἄν[θετο Κεκροπίας]·
[τῶι] δὲ σὺ πλοῦτον σῶιζ[ε, Διὸς παῖ, πότνι' Ἀθηνᾶ],
αὐτῶι καὶ γενεᾶι δοὺς [πολὺν ὄλβον ἀεί].

Δημήτ[ριος] ἐπόησ[εν].

Supplevit Kaibel, nisi quod v. 2 δῆμος restituit Loewy et ipse v. 4 pro δὸς dedi participium aoristi, ne duo imperativi sine adverbio copulativo inter se coniungantur. Pro Ἀθηνᾶ scripseris etiam Ἀθάνα coll. n. 351. 3. Artifex huius monumenti. Demetrius ὁ Ἀλωπεκῆθεν, inter annos 410—380 floruit; cf. n. s. n. 351. — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ou* scriptum, *Titulus parte priore saeculi quarti lapidi incisus est.* (Koehler)

---

351. *Basis rotunda marmoris Pentelici a sinistra fracta, reperta in arce; in superficie vestigia sunt statuae aeneae longa c. 0,20.* Edd. Rangabé Ant. Hellén. II. 1094, Kaibel Ep. Gr. 43, Loewy Inschr. gr. Bildh. 64, Koehler CIA. II. 1376.

. . . . . *δρακο . . . οην . . . ος μὲν*
. . . . . [*ἐξ*]*επέρ*[*ασ*]*εν ἔτη*
. . . . . *ο*]*ντα δ' ἔτη* [*κα*]*ὶ τέσσαρ*[*α*] *Ἀθάναι*
. . . . . *τέσσαρ' ἐπεῖδε τέκνων.*
. . . . . *εους Φλυέως μήτηρ.*
[*Δημήτριος ἐπό*]*ησεν.*

Benndorf Ath. Mitth. VII. (1882) p. 47 hunc titulum referendum esse ad Lysimachae signum a Demetrio confectum ingeniose suspicatur; cf. Plin. N. H. XXXIV. 76: Demetrius Lysimachen (confecit), quae sacerdos Minervae fuit LXIIII annis . . . et Paus. I. 27. 4: *πρὸς δὲ τῷ ναῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐστι μὲν εὐῆρις πρεσβῦτις, ὅσον τε πήχεος μάλιστα, φαμένη διάκονος εἶναι Λυσιμάχῃ*; cf. etiam Plut. de vit. pud. 14 p. 534 B. — Singula expediri nequeunt. — Demetrius *ὁ Ἀλωπεκῆθεν*, qui coniectura Benndorfii probata hoc monumentum confecit, inter annos 410—380 floruit; cf. n. 350. — Litterae Ionicae vulgares; *O* pro *ου* scriptum.

---

352. Athenis, in basilica S. Nicolai Borealis. Edd. Boeckh CIG. 85, Koehler CIA. II. 555, Kaibel Ep. Gr. 844 coll. p. 533, Cougny Anth. Pal. III. 1. 76.

Ἐξ οὗ Κέκροπα λαὸς Ἀθηναίων ὀνομάζ[*ει*]
καὶ χώραν Παλλὰς τήνδ' ἔκτισε δήμωι Ἀ[*θηνῶν*],
οὐδεὶς Σωσιβίου καὶ Πύῤῥ[*α*] *μεί*[*ζ*]*ονα θ*[*ν*]*ητ*[*ῶν*]
φυλὴν Κεκροπιδῶν ἔργωι ἔδρασε ἀγαθά.

Sequitur inscriptio metro non inclusa.

Supplevit Boeckh, nisi quod v. 3 *θνητῶν* restituit Kaibel. *Boeckhius hoc decretum esse dicit pro Sosibio et Pyrrhe ob merita de tribu . . . Attamen probabilius habeo Sosibium patrem Pyrrhi sive Pyrrhae fuisse nec aliam ob causam nomen eius epigrammati insertum esse.* (Koehler) — Ex verbis soluta oratione compositis sequitur, ut titulus ol. 101. 1. (a. $37^{6}/_{5}$ a. Chr.) *ἐπὶ Χαρισάνδρου ἄρχοντος* insculptus sit — Litteratura Ionica vulgaris; E pro *ει* scriptum in *οὐδές*, contra *μείζονα*; *O* pro *ου* scriptum in *Σωσιβίο*, contra *οὗ*, *οὐδείς*.

---

353 *In parte sinistra basis marmoris Hymettii reperta in clivo meridionali arcis.* Ed. Koehler CIA. II. 1461.

Φανόστρατο[ς . . . . . .]

Δηλοφάνης ἀνέθηκε Χ[ολαργεὺς εἰκόνα τήνδε]
τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς Δ[. . . εὐξαμένης]·
Λυσιμάχηι γὰρ μητρὶ . . . . . .
χεῖρα μέγας σωτὴρ . . . . . .
Ἐπὶ Πατ[αίκου ἱερέως].

Titulum temptavit Koehler. *Filiam Delophanis suspicor vovisse, si Lysimache mater convaluisset, signum sese Phanostrati medici in sacrario Aesculapii dedicaturam esse; votum Delophanem patrem vovisse.* (Koehler) — Litterae Ionicae vulgares. *Titulus ad partem alteram saeculi quarti pertinet.* (Koehler)

---

354. Fragmenta duo basis quadratae marmoris Pentelici, ex quibus unum ad Erechtheum repertum edd. Ross Arch. Aufs. I. p. 174sq., Pittakes *Ἐφημ.* 125, Rangabé Ant. Hellén. II. 1009, Kaibel Ep. Gr. 850, Loewy Inschr. gr. Bildh. 75, Koehler CIA. II. 1378, Cougny Anth. Pal. III. 1. 97; alterum in arce exscriptum adiecit Koehler CIA. II. p. 349.

Συη . . . ο[ν] Σ . . .
Λυσ[ιμάχ(?)]ης διά[κο]νος
ἡ ἐν [τῶι ἱε]ρῶι.

Εἰκών με [ἥδε] σαφὴς δηλοῖ τύπου· ἔ[ργα] δὲ καὶ νοῦς
[νῦν ζώ]ει παρὰ πᾶσι σαφῆ [σε]μνὴ δέ με μοῖρα
[ἤ]γαγεν εἰς ναὸν περικαλλέ[α] Παλλάδος ἁγνῆς
[καὶ] πόνον οὐκ ἀκλεᾶ τόνδε ἐλάτρευσα θεᾶι.

Νικόμαχος ἐπόησεν.

Epigramma supplevit Ross, nisi quod v. 2 *σεμνὴ* invenit Rangabé; v. 4 Koehler *οὗ* malit. — Litterae Ionicae vul-

gares praeter Γ. *Titulum propter litterarum speciem saeculo quarto exeunti vel tertio ineunti adscripsit Lud. Ross, mihi paullo recentior esse visus est.* (Koehler)

---

355. Tabula marmorea Athenis in arce reperta, nunc in museo Britannico inter marmora Elginiana. Edd. Boeckh CIG. 747, Kumanudes *Ἀττ. ἐπιγρ. ἐπιτ.* 969, Hicks Anc. gr. inscr. in the Brit. Mus. I. 56, Kaibel Ep. Gr. 70, Koehler CIA. II. 1398, Cougny Anth. Pal. III. 1. 73.

Πόλυλλος Πολυλλίδου Παιανιεύς.

Εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκε Πολύστρατος, αὑτοῦ ἀδελφόν,
μνημοσύνην θνητοῦ σώματος ἀθάνατον.

Titulus quia in arce repertus inter dedicatorios referendus est: Polystratus dedicat imaginem fratris Polylli morte abrepti; sic Boeckh, Hicks, Koehler, Cougny. Nec recte Kumanudes et Kaibel epigramma esse sepulcrale contendunt. — Litterae Ionicae vulgares.

---

2. RELIQUA.

356. *Basis lapidis leucophaei, inventa prope Thebas, exstat in museo Thebano.* Edd. Kumanudes *Ἀθήν.* VI. (1877) p. 151 sqq. (scriptura minuscula); cum apographo Mylonas Bull. de corr. Hellén. I. (1877) p. 351 et Egger ibidem II. (1878) p. 23 (inde Kaibel Ep. Gr. 768ᵃ praef. p. XVI, Cougny Anth. Pal. III 3. 41), Dittenberger IGS. I. 2462.

Ξενοκράτης Θεόπομπος Μνασίλαος.

Ἀνίκα τὸ Σπάρτας ἐκράτει δόρυ, τηνάκις εἶλεν
Ξεινοκράτης κλάρωι Ζηνὶ τροπαῖα φέρειν,
οὐ τὸν ἀπ' Εὐρώτα δείσας στόλον οὐδὲ Λάκαιναν

ἀσπίδα· "Θηβαῖοι κρείσσονες ἐν πολέμωι."
καρύσσει Λεύκτροις νικαφόρα δουρὶ τροπαῖα·
οὐδ' Ἐπαμεινώνδα δεύτεροι ἑδράμομεν.

Xenocratem hunc Pausanias commemorat in eiusdem rei, ad quam hoc epigramma refertur, narratione (IV. 32. 6) et praeterea IX. 13. 6, ubi eum inter boeotarchos in consilio una cum Epaminonda censuisse dicit, ne proelium detrectarent. Mnasilaus ceteroquin ignotus est, Theopompus inter principales qui tum Thebis fuerunt viros aliquot Plutarchi locis (Pelop. 8, de ingen. Socrat. 25. 30) commemoratur. (Dittenberger) — Buechelero, qui Mus. Rhen. XXXII. (1877) p. 479 sq. longe aliter rem gestam esse atque a Pausania narraretur ex carmine collegit, recte adversatur Dittenberger, adnotans verba *ἀνίκα τὸ Σπάρτας ἐκράτει δόρυ* non de ipsius proelii primo tempore, quo Lacedaemonii aliquantisper superiores erant, sed de toto tempore pugnam Leuctricam antecedente, quo nondum perfracta erat illorum potestas, intellegenda esse. — In epigrammate formae Boeoticae non exstant; inveniuntur tamen Doricae: *ἀνίκα Σπάρτας τηνάκις κλάρωι Εὐρώτα καρύσσει νικαφόρα Ἐπαμεινώνδα*; voces e sermone epico vel communi petitae *Ξεινοκράτης Ζηνί φέρειν πολέμωι δουρί*; cf. Larfeld Syllog. inscr. Boeot. n. 308. — Quod ad aetatem huius monumenti attinet, ex litterarum formis efficit Dittenberger nullam esse causam, cur cum Kaibelio non statim post proelium Leuctrense, sed posteriore demum aetate titulum inscriptum esse putemus. Litteratura Ionica vulgaris praeter *N* nonnumquam incisum et ypsilon maioris omegaque paullo minoris mensurae.

---

357. Titulum marmoris nigri repertum Olympiae in angulo Iovis templi inter septentriones et solem occidentem sito edd. Fraenkel Arch. Zeitg. 1877 p. 43 n. 54, Kaibel Ep. Gr. add. p. 534 n. 875ᵃ, Cougny Anth. Pal. III. 1. 72.

Χαρμαντίδου Γοργίας Λεοντῖνος.

a *Τὴμ μὲν ἀδελφὴν Δηϊκράτης τὴγ Γοργίου ἔσχεν,*
ἐκ ταύτης δ' αὐτῶ(ι) γίγνεται Ἱπποκράτης,
Ἱπποκράτους δ' Εὔμολπος, ὅς εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκεν
δισσῶν παιδείας καὶ φιλίας ἕνεκα.

b 5 *Γοργίου ἀσκῆσαι ψυχὴν ἀρετῆς ἐς ἀγῶνας*
οὐδείς πω θνητῶν καλλίον' ἦυρε τέχνην·
οὗ καὶ Ἀπόλλωνος γυάλοις εἰκὼν ἀνάκειται,
οὐ πλούτου παράδειγμ', εὐσεβείας δὲ τρόπων.

Statuam, ad quam pertinet hoc epigramma, Gorgiae Leontini ab Eumolpo sororis nepote erectam commemorat Paus. VI. 17. 7 . . . *καὶ τὸν Λεοντῖνον Γοργίαν ἰδεῖν ἔστιν· ἀναθεῖναι δὲ τὴν εἰκόνα ἐς Ὀλυμπίαν φησὶν Εὔμολπος ἀπόγονος τρίτος Δηϊκράτους συνοικήσαντος ἀδελφῇ τῇ Γοργίου*; has adnotationes Pausaniae ex hoc ipso titulo nobis servato haustas esse verisimile est. — V. 7 respicitur illa statua ab Gorgia ipso Delphis exstructa, de qua cf. Paus. X. 18. 7, Plin. N. H XXXIII. 83, Hermipp. ap. Athen. p. 505[d], Philostr. vit. soph. I. 9. p. 209 (Kayser), Cic. de orat. III. 129, Valer. Max. VIII. 15 ext. 2, Dion. Chrysost. II. p. 115 (Reisk.). Quod attinet ad verba *Ἀπόλλωνος γυάλοις ἀνάκειται*, comparandi sunt hi loci: Eurip. Ion. 233 *μεθεῖσαν δεσπόται θεοῦ με γύαλα τάδ' εἰσιδεῖν*, 245 *πάντες ἄλλοι γύαλα λεύσσοντες θεοῦ χαίρουσιν*, Androm. 1092 *θεοῦ χρυσοῦ γέμοντα γύαλα*. — V. 8 de correptione diphthongi vocis *εὐσεβείας* cf. quae adnotavi ad n. s. n. 148. 3. — Ex aetate Gorgiae et v. 4, quo Eumolpus sese fuisse illius discipulum dicit, Fraenkel nostram inscriptionem fere medio quarto saeculo tribuendam esse recte mihi enucleasse videtur. Quae in tempora quadrant etiam litterarum formae; litteratura enim Ionica vulgaris; memorabile iota mutum v. 2 in dativo *αὐτῷ* omissum.

---

358. Basis a 1840 effossa Argis, cuius media pars cubo lapidis nigri calcarii efficitur. Edd. praeter ceteros Ross Arch. Aufs. II. 662, Lebas-Foucart Voy. archéol. II. 122, Kaibel Ep. Gr. 846, Cougny Anth. Pal. III. 1. 96.

[*M*]*ατρ*[*όπολ*]*ίς μοι χθὼν Πέλοπος τὸ Πελαζγικὸν Ἄργος.*
Πνυταγόρας δὲ πατὴρ Αἰακοῦ ἐκ γενεᾶς·
εἰμὶ δὲ Νικοκρέων, θρέψεν δέ με γᾶ περίκλυστος
Κύπρος, θειοτάτων ἐκ προγόνων βασιλῆ.
5 *στᾶσαν δ' Ἀργεῖοί με χάριν χαλκοῖο τίοντες,*
Ἥραι ὃς εἰς ἔροτιν πέμπο[*ν ἄε*]*θλα νέοις.*

Nicocreontem, Cypriorum regem, quem Argivi hoc titulo honorati sunt, inter a. 331 et 312 memorari adnotat Foucart (cf. etiam Rev. crit. 1879 I. p. 31); huic igitur aetati nostra inscriptio tribuenda est. Versum primum Foucart ita interpretatus est, ut matrem Nicocreontis Argis progenitam esse putet (idem iam adnotat Keil ad Ross. Arch. Aufs. II. 664 adn. 6) *Ματρόπολις* i. q. patria matris etiam invenitur apud Isyllum n 420 D. 23. Propter hanc matris originem cum Argivis arte coniunctus vasa ahenea, quae magni aestimabat (Athen. p. 337ᵉ), illis praemia certaminum misit (v. 5. 6); ob eamque causam Argivi statuam eius publice erexerunt. — De prima vocis *Πνυταγόρας* syllaba metri gratia producta cf. quae adnotavi ad n. s. n. 26; v. 6 *ἔροτιν· ἑορτήν. Κύπριοι* Hesychius. — Litterae Ionicae vulgares praeter Ν et ΘΟΩ minoris moduli.

---

359. Marmor album, Paphi repertum, nunc asservatur in museo Britannico. Edd. Deecke Journ. of hell. stud. IX. p. 239 n. 46, inde Meister Gr. Dial. II. praef. p. VIII sq.

Εὐρύχορος πόλις ἅδε τεᾶι, Νικόκλεες, ὁρμᾶι
ὑψηλὸμ πύργων ἀμφέθετο στέφανον.
ιοστ . . λεσε

Iam Deecke intellexit titulum pertinere ad Nicoclem II Paphi regem, qui a. 310 a. Chr. n. in pugna contra Ptolemaeum Soterem urbem novis moeniis circumdedit; inscriptio igitur sub finem quarti saeculi exarata est. — Litterae Ionicae vulgares.

---

360. Delphis. Edd. minusculis litteris Ulrichs Reis. u. Forsch. I. 38, cum apographo Lebas Voy. arch II. 890; inde Kaibel Ep. Gr. 849, Cougny Anth. Pal. III. 1. 111.

Π(λ)είστους ἐξε . . . . . .
Ἑλλάδος ἐμ . . . . . .
πεζοὶ δὲ ἱππῆές τε γέρας θέσαν, οὓς προέηκεν
δᾶμος ὁ Βοιωτῶν τοῦδε μεθ' ἁγεμόνος,
ῥυσαμένους Ὀπόεντα· βαρὺν δὲ ἀπὸ δεσμὸν ἑλόντες
φρουρᾶς Λοκροῖσιν τεῦξαν ἐλευθερίαν.

Bergk Arch. Zeitg. 1850 p. 172 titulum statuae Ptolemaei Lagi f., quo duce a. fere 311 Boeotia Phocide Locride praesidia Cassandri expulsa sunt, subscriptum fuisse suo iure putavisse videtur. — Litterae vulgares praeter Ξ; *O* pro *ου*.

---

361. Basis marmorea cana Astypalaeae a. 1871 reperta. Edd. Rayet Bull de corr. Hellén. III (1879) p. 483, Cougny Anth. Pal. III. 1. 88.

Κόσμον Ἄρης πατρίδι στῆσε ἐνθάδε παῖδα Πίδωνος,
Τιμαγόραν, νίκης ναυμάχου ἡγεμόνα.

Nomen proprium *Πίδων* adhuc ignotum; Herwerden Stud. crit. p. 8 suspicatur fuisse *Πίθων*, Haeberlin Wochenschr. für klass. Phil. 1891 no. 27 p. 739 conicit *παῖδ' Ἀπισῶνος* (i. e. *Ἀπισάονος*). Sed causa non exstat, cur litteras dilucide nobis traditas mutemus, quia in dies in inscriptionibus noviter repertis nomina propria adhuc ignota nobis occurrunt. — Litterae vulgares praeter Ν Titulum pulchris et correctis litteris incisum Rayet alteri saeculi quarti parti tribuit.

---

362. Basis marmorea reperta prope Hypaten. Edd. post Verettan Girard Bull. de corr. Hellén. I. (1877) p. 119 sq. et p. 263, Kaibel Ep. Gr. praef. p. XVIII n. 856ᵃ, Cougny Anth. Pal. III. 1. 202.

Λατυέων ἁ πόλις
Σώσανδρον Τολμαίου
εὐεργέταν τοῖς θεοῖς.

Τὸν μέγαν ἐμ βουλαῖς τε καὶ ἤθεσι καὶ φρενὸς ἀλκῆ(ι),
Σώσανδρον, κλεινῶν ἔκγονον Αἰνιέων,
Τολμαίου κλυτὸν υἷα πόλις Λάτυια φιλόπλου
χάλκεον ἀντ᾽ ἀρετᾶς εἵσατο τᾶ(ι)δε θεοῖς·
5 *τόνδε γὰρ ἁγητῆρα δι᾽ εὐξυνέτοιο μερίμνας*
σωτῆρα, κτίσταν, ἄλλον ἔδεκτο Λία.
ἡρώων θρέπτειρ᾽ ἐναρηφόρε πότνι᾽, ἀγώνων
σὸν κλέος, εἰ τοιούσδ᾽ ἄνδρας ἔχεις, Ὑπάτα.

V. 3 *φιλόπλου genetivus male collocatus videtur ad ἀρετᾶς referendus.* (Kaibel) Fortasse pertinet ad *Τολμαίου*. — Litterarum apographum non vidi. Verettas titulum ad Alexandri Magni tempora pertinere ait; indolem epigrammatis recentiorem esse adnotat Kaibel, praeterea iota mutum ubique omissum posterioris aetatis documentum praebere videtur.

C. AGONISTICA.

1. ATTICA.

363. *In haltere plumbeo, perforato, qui inventus est Eleusine* εἰς τὰ στρώματα ἐκεῖνα τῶν χωμάτων ἔνθα καὶ πλεῖστ' ὅσα θραύσματα ἀγγείων τῆς ἀρχαϊκῆς τέχνης. Edd. Philios Ἐφ. ἀρχ. 1883 p. 190, Kirchhoff CIA. IV. 422[4] p. 105, Roberts Introd. to gr. epigr. 41[a].

Ηαλ(λ)όμενος νίκησεν Ἐπαίνετος ηούνεκα τοῦδε.

Recte Wilamowitz Eurip. Heracl. II. p. 83 sic titulum legendum esse putat, carminis partem deperditam esse negans; nam litteras *ha*, quae sequuntur hunc hexametrum, ex versus initio repetitas addidit is, qui incisit titulum, ad spatium vacuum explendum. In haltere altero, quem una cum eo qui solus est repertus victor dedicavisse putandus est, idem epigramma incisum fuisse conicias. Ibidem Wilamowitz exempla affert, quibus *οὕνεκα* praepositionis instar usurpatum fuisse comprobatur; cf. n. 33. 2. — Titulus *βουστροφηδὸν* conscriptus in tres lineas divisus est, quarum prima et tertia a dextra ad sinistram, altera a sinistra ad dextram currit. Litterarum formae Atticae antiquiores: Α ⋮ Η (*h*) Ρ ⋮; interpunctionis nota ⋮. *Titulus initiis saeculi a. Chr. sexti vix recentior, immo fortasse aliquanto vetustior.* (Kirchhoff)

---

364. Basis marmoris Pentelici a dextro et sinistro mar-

gine fracta, reperta Athenis in arce Edd Lolling *Δελτ. ἀρχ.* 1889 p. 35, Kirchhoff CIA. IV. 373[258] p. 203.

σι Φαυλ[λο
κον τρὶς
Πυθοῖ κα
α σ α σ ι σ

Kirchhoff v. 2 [*νι*]*κῶν*(?)*τρὶς* et v. 4....*ας*, *Ἀσίς*, ...(?). Quamquam pauca supersunt, ita ut de totius epigrammatis indole atque sententia nihil fere enucleari possit, recte tamen Lolling de Phayllo Crotoniata, qui solus ex Graecis occidentalibus pugnae Salaminiae intererat, cogitasse videtur. Cf. Paus. X. 9. 2: *Ὀλυμπίασι μὲν οὐκ ἔστιν αὐτῷ νίκη· τὰς δὲ Πυθοῖ πενάθλου δύο ἀνείλετο καὶ σταδίου τὴν τρίτην· ἐναυμάχησε δὲ καὶ ἐναντία τοῦ Μήδου ναῦν τε παρασκευασάμενος οἰκείαν, καὶ Κροτωνιατῶν ὁπόσοι ἐπεδήμουν τῇ Ἑλλάδι ἀνεβίβασε*; cf. etiam Herod. VIII. 47. Schol. Arist. Ach. 215 et Suidas s. v. *Φάυλλος* hoc afferunt epigramma: *Πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάυλλος· δίσκευσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ὑπολειπομένων.* — Litterae Atticae: Ϝ, ϟ, V et Y, Φ, sed iam Θ.

---

365. *Basis fracta marmoris Pentelici, inmissa nunc ianuae opisthodomi Parthenonis.* Edd. Pittakes *Ἐφημ.* 1143, Kirchhoff CIA. I. 418, Kaibel Ep. Gr. 763, Loewy Inschr. gr. Bildh. 42.

[*Ἴσθμια νικήσας μ' ἀ*]*νέθηκεν* [*μνῆμα Λυκ*]*αῖος*
[*πάντας Ἀθ*]*ηναίους* [*εὐκλεΐσας*] *μεγάλως.*

[*Μίκ*]*ων* [*Φ*]*ανομάχου ἐποίησε.*

Carmen dedicatorium temptavit Kaibel. — Artificis titulum supplevit Rochette Quaest. p. 114 sqq respecto schol. Aristoph. Lysistr. 679: *ἔνθα πεποίηκεν ὁ Μίκων τῶν Ἀμαζόνων τὴν*

μάχην· ἣν δὲ Φανόχου (*l. Φανομάχου*) *υἱός, Ἀθηναῖος.* Mico et pictor et statuarius floruit circa medium quintum saeculum. — Litterae Ionicae vulgares praeter Ν; *Ο* pro *ου* scriptum, Ε vocalem productam indicat.

---

366. *Tabula marmoris Pentelici a dextra integra, reperta in arce.* Edd. Pittakes *Ἐφημ.* 179, Kaibel Ep. Gr. 940, Koehler CIA. II. 1302, Cougny Anth. Pal. III. 1. 87 (III. 4. 24).

[. . . . *συνωρί*]*δι καὶ ἑ-*
[. . . . *Πα*]*ναθήναια παί-*
[*δων*] *Θαργήλια.*

[*Τ*]*οιάδε τις δείξας παραδείγματα παισὶν ἑαυτοῦ*
μᾶλλον ὀρέξασθαι τῆς ἀρετῆς προτρέπει.

Litterae Ionicae vulgares; Ε pro *ει* scriptum in *παραδέγματα*, contra *δείξας*, *προτρέπει* *Ο* pro *ου* scriptum. *Titulus est saeculi quarti ineuntis.* (Koehler)

---

367 *Basis marmoris Pentelici, reperta in arce orientem versus ab Erechtheo.* Edd. Boeckh CIG. 233, Pittakes *Ἐφημ.* 2201, Keil Mel. Gréco-Rom. II. p. 90 sq., Kaibel Ep. Gr. 941, Koehler CIA. II. 1301, Cougny Anth. Pal. III. 1. 106.

Διοφά[*ν*]*ης*
Ἐμπεδίωνος
νίκη Ἰσθμοῖ.

Ἐμπεδίωνος παῖδες Ἀθηναῖο[*ι*] *δύ' ἐνίκων*
Διοφάνης ἀγένειο[*ς*] *ἑ*[*ν*] *Ἰσθμῶι πανκρατι*[*ασιὴς*]
κα[*ὶ*] *πρόγονος Στέφ*[*ανος*]· *ῥώμην δὲ χερῶν ἑ*[*πέδειξαν*].

Restituit Keil *Stephanum puto Diophanis avum Empedionis et ipsum filium fuisse, qui, cum similem Diophanis victoriam reportasset, eius in titulo Diophanis non sine acumine quodam mentio facta est.* (Koehler) — Litterae Ionicae vulgares. Titulus pertinet haud dubie ad partem priorem saeculi quarti.

---

368. *In mensa sacra ecclesiae prope vicum Vari in fronte tabulae marmoris Pentelici.* Edd. Lebas Voy. arch. I. 85, Keil Mel. Gréco-Rom. II. p. 84, Kaibel Ep. Gr. 925, Koehler CIA. II. 1285, Cougny Anth. Pal. III. 1. 74.

Ἡδυγέλωτι χορῶι Διονύσια σ[ύ]μ ποτε ἐν[ίκων],
μνημόσυνον δὲ θεῶι νίκης τόδε δῶρον [ἔθηκαν]
δήμωι μὲν κόσμιον, ζῆλον πατρὶ κισσοφο[ροῦντι]·
τοῦδε δὲ ἔτι πρότερος στεφανηφόρον [εἵλετο ἀγῶνα].

V. 1. 2 restituit Koehler praeeunte Keilio; v. 3 supplevit Kaibel; v. 4 temptavit Kaibel, Keil voluit *εἷλεν ἀγῶνα.* — *Nomina fratrum duorum, qui hoc monumentum in memoriam victoriarum ab ipsis et a patre partarum in pago suo Baccho dedicaverant, in alia parte basis inscripta fuerunt.* (Koehler) — Litterae Ionicae vulgares; *titulus post medium saeculum quartum lapidi incisus est.* (Koehler)

---

369. *In marmore Pentelico reperto ad viam Hadriani; lapis recentiore aetate sectus et in alium usum conversus esse videtur*; nunc Athenis in museo centrali. Edd. Kumanudes *Ἐφημ. ἀρχ.* 1883 p. 22 sq., Koehler CIA. II. 1311, Cougny Anth. Pal. III. 1. 126[b] add. p. 587.

Δόξα μὲν Ἑλλήνων ἱεροῖς ἀναθήμασιν αὔξει
τόνδε, τέχνης δ' εἰκὼν ἥδε δίδωσ[ι] κρίσι[ν]·
νικήσας δὲ ἵππων τε δρόμοις ἔργων τε ἐν ἁμίλλα[ις]
τὴν ἱερὰν στεφανοῖ πατρίδα Κεκροπίαν.

Ἰλίεια	*Κλάρια*	*Ἐφέσε[ια]*
συνωρί[δι].	*ἵππω[ι].*	*ἵππω[ι].*

Titulus subobscurus est. Homo, ad quem pertinet, sculptor fuisse et suam ipsius statuam confecisse mihi videtur. (Koehler) — Litteratura Ionica vulgaris. *Alexandrum novimus sublato imperio Persarum Iliensibus promisisse certaminibus institutis sese urbem eorum celebrem redditurum esse (Strabo 593). Quod*

Alexander promisit, praestitisse videtur Lysimachus. Titulum ad tempora Lysimachi regis referendum esse puto. (Koehler)

---

2. RELIQUA.

370. Tabula ahenea Olympiae apud Altis murum meridionalem reperta. Edd. Kirchhoff Arch. Zeit. XXXVII. (1879) p. 161, Roehl Inscr. Gr. ant. 512[a], Roberts Introd. to gr. epigr. 131[a] p. 322, Cougny Anth. Pal. III. 1. 10[b] add.

Παντάρης μ' ἀνέθηκε Μενεκράτιος Διὸ[ς ἆθλον]
[ἅρματι(?) νικάσας, πέδον ἐκ κλειτ]οῦ Γελοαίου.

Ad genetivum *Μενεκράτιος* cf. Boeot. *Φιλοκράτιος* sim. G. Meyer Gr. Gr.[2] p. 330, Kuehner-Blass Gr. Gr.[3] I. p. 434. — Purgold apud Kirchhoffium Pantarem esse patrem tyrannorum Gelensium Cleandri et Hippocratis recte intellexit (cf. Herod. VII. 154); titulus igitur sub finem saeculi sexti inscriptus est. — Litterae: Α ᴦ (γ) ᐅ Ε (ε, η) ⊗ Ι Κ ᴦ (λ) Μ Ν Ο (ο, ου) Γ Ρ ϟ.

---

371. *Lapis calcarius niger, effossus Olympiae in Leonidaei parte meridionali, ubi muro Romano insertus erat . . . ad dextram hic lapis olim continuabatur alteri.* Edd. Kirchhoff Arch. Zeitg. XXXIX. p. 84, Roehl Inscr. Gr. ant. 552[a].

. . . . . προ]τέρω δ' ἐπάτει Δ[αμάσ]ιππος.
κλεινοτέραν δὲ πόλιν πατρίδ' ἔ[θηκε . . . .].

Supplevit Kirchhoff In distichi initio fuisse *τἆλλοι ἀπεῖπον ὅμως* vel simile quid suspicatur Roehl; idem, si inscriptio unum distichon non excesserit, clausulam fuisse *ἔ[θηκεν Ἀβάς]*, *ἔ[θηκε Πύλον]*, *ἔ[θηκ' Ἀλέαν]* conicit; si duo fuerint disticha, in priore mentionem factam esse patriae, patris, certaminis, in fine alterius supplendum esse *ἔ[θηκε φίλαν]* vel simile

quid. — De patria eius, qui dedicavit hoc monumentum, nihil dici potest, quia litterae unius regionis propriae in titulo non inveniuntur. — Inscriptio sinistrorsum incisa hanc exhibet litterarum speciem: Α D Ε Ι (λ) Μ Ο Γ Ρ Ξ

---

372. Fragmenta duo basis albae marmoreae Olympiae reperta. Edd. Kirchhoff Arch. Zeitg. XXXVII. (1879) p. 161 n. 312, Roehl Inscr. Gr. ant. 355 coll. add. p. 182, Loewy Inschr. gr. Bildh. 416, Roberts Introd. to gr. epigr. 123.

a [*Εἰκόνα ϝαλεῖος τάνδ' Ἀγι*]*άδας ἀνέθ*[*ηκε*]
[*πὺξ παῖς νικάσα*]*ς καλὸν ἀ*[*γῶνα Διός*].

b [*Σηράμβου τοῦ ἐν Αἰγ*]*ίναι μ' ἰ*[*δοῦ ἐνθάδε ϝέργον*].

Roehl temptavit coll. Paus. VI. 10. 9: *Λυκῖνον δὲ Ἡραιέα . . . καὶ Ἠλεῖον Ἀγιάδαν ἐν παισὶν ἀνελομένους νίκας, Λυκῖνον μὲν δρόμου, τοὺς δὲ ἐπ' αὐτῷ κατειλεγμένους πυγμῆς . . . . τὸν μὲν αὐτῶν Πτόλιχος Αἰγινήτης ἐποίησε, τὸν δὲ Ἀγιάδαν Σήραμβος, γένος καὶ οὗτος Αἰγινήτης.* Coniectura Roehlii speciosissima est nec tamen satis comprobanda; et ut ille verum agnoverit, dubitare possumus, num versus maximeque titulum artificis recte suppleverit. — Litterae: Α Α D Ε (ε) Θ Ι Κ Λ Μ Ν Ο Ξ Monumentum priori quinti saeculi parti tribuit Kirchhoff Stud.[4] p. 114.

---

373. Argis in ecclesia S. Demetrii. Edd. praeter alios Boeckh CIG. 17, Kaibel Ep. Gr. 936, Roehl Inscr. Gr. ant. 37, Roberts Introd. to gr. epigr. 78, Prellwitz Dial.-Inschr. III. 3267, Cougny Anth. Pal. III. 1. 30.

[*Τώδε τύπω δίων ϝανά*]*ϙων ἀνέθηκ' ἐ*[*λάο*]*ντε*
Αἴσχυλλο[*ς*] *Θίοπος, τοῖς δαμοσίοις ἐν ἀέθλοις*
τετράκι τε [*σ*]*πάδιον νίκη κα*[*ὶ*] *τρὶς τὸν ὁπλίτα*[*ν*].

Praebeo textum, quem restituit Roehl eumque secuti receperunt Roberts et Prellwitz; sed illius supplementa maximeque versus primi valde incerta. Displicent enim *τύπω ἐλάοντε*

i. e. imagines equitantes pro imaginibus equitantium. Huc accedit, quod, si Roehlii restitutionem probamus, v. 2 *τοῖς* pro pronomine relativo accipienda et ad *δίων ϝανάκων* referenda est; quo dura sententia nec facilis structura efficitur. Cf. Fick Goett. gel. Anz. 1883 p. 117. — Kaibel scribere voluit:

Ἄλ]κων ἀνέθηκε [τῆ]ντεα
Ἰσχύ[λ]λον, θ[ε]οῦ [h]ὸς κτλ.,

sed hic supplendi conatus ideo maxime mihi reicienda esse videtur, quia ille bis litteras ab omnibus editoribus uno consensu lectas commutat; huc accedit, quod rarissime versibus praecedunt verba metro non inclusa, sed arte cum illis cohaerentia. — Fortasse scripseris:

Ἄλ]ϙων ἀνέθηκε [τῆ]ντεα.

Ἴσχυλλο[ς] Θίοπος τοῖς δαμοσίοις ἐν ἀέθλοις
τετράκι τε [σ]πάδιον νίκη κα[ὶ] τρὶς τὸν ὁπλίτα[ν].

Puta Alconem arma sive fratris sive patris sive cognati cuiusdam deis vovisse. — V. 3. *σπάδιον* Dorice i. q. *στάδιον*, cf. Ahrens Dial. II. 109, Kühner-Blass Gr. Gr. I p. 143. — Litteratura Argolica: Ａ Ε ϟ Φ Ｋ (λ) ϙ (koppa) Ｍ Θ (ο) ϟ.

---

374. Epigramma inscriptum marmori, quod olim Misithrae muro monasterii quadraginta sanctorum infixum erat, primus ed. Leake Travels in the Morea II p. 521 tab. n. 71. Inscriptionem lapidis anno 1877 Spartam in museum transportati iterum ediderunt Dressel et Milchhoefer Ath. Mitth. II. p. 318 sqq. Ex ectypo, quod confecit Tieu, denuo publici iuris fecit titulum Roehl Inscr. Gr. ant. 79.

Δαμώνων ἀνέθηκε Ἀθαναία[ι] πολιάχωι
νικάϝας ταυτᾶ, hᾶτ' οὐδὴς πήποκα τῶν νῦν.

Sequitur inscriptio soluta oratione composita, quae catalogum victoriarum a Damonone reportatarum continet. — In versu

priore notandus est hiatus *ἀνέθηκε Ἀθαναίᾳ* (cf. n. s. n. 318, 1 et n. 3. 2). — *Πολιάχῳ* per contractionem Doricam ortum ex *πολιαόχῳ*; cf. G. Meyer Gr. Gr.[2] p. 147, Kuehner-Blass Gr. Gr. I[3] p. 202. — V. 2 *νικάϊας* cf. G. Meyer p. 223, Kuehner-Blass p. 113. — *ταυτᾶ ἄτε* i. q. sic ut (cf. G. Meyer p. 365); hiatus exstat (cf n. s. n. 3. 2). — Litteratura Laconica: Θ Β (*h*) Υ (χ) ξ (quae forma posterior c. ol. 75 in titulis Laconicis fere semper usurpata est; cf. Kirchhoff Stud.[4] p. 152 sq.). Furtwaengler in adn. ad Sammlg. Sabouroff I. tab. XXVI inscriptionem extremae saeculi quinti parti tribuit et Reisch Gr. Weihgesch. p. 50 adn. 3 eam fortasse etiam recentiorem esse putat; mihi tamen propter litterarum formas circa medium quintum saeculum titulus exaratus esse videtur.

---

375. *Fragmentum baseos ex marmore Pario . . . . erutum Olympiae ante Olympiei latus orientale.* Edd. Kirchhoff Arch. Zeitg. XXXIX. (1881) p. 169, Roehl Inscr. Gr. ant. 563.

. . . . . *ἀ]νέθηκέ με παῖς ὁ [Π]ίθωνος*
[παῖδας νικά(-ή)σας Τιμο?]κράτης σιάδιον.

Supplevit Kirchhoff; *παῖδας* restituit, quia in catalogo virorum stadionicarum duo tantummodo nomina in *κράτης* desinentia enumerantur, quorum patria scripturae tituli nostri adversatur Patris nomen metrum violat; cf. quae adnotavi ad n. s. n. 26. — Litterae: Α Ε (*ε, η*) Θ Μ Ν Ο (*ο, ω*) Ρ ξ.

---

376. Fragmentum basis marmoreae albae, erutum Olympiae extra murum Byzantinum orientalem. Titulus in margine superficiei aequae insculptus est. Edd. Furtwaengler Arch. Zeitg. XXXVIII. p. 70, Roehl Inscr. Gr. ant. 98, Roberts Introd. to gr. epigr. 279.

[Τέλλων τόνδ' ἀνέθηκε Δαήμονος ἀγλαὸς υἱός,]
[Ἀρκὰς Ὀρε]σθάσιος, π[ὺξ ἐνὶ παισὶ κρατῶν].

Supplementa sumpta sunt et ex Paus. VI. 10. 9: *Λυκῖνον δὲ Ἡραιέα καὶ Ἐπικράδιον Μαντινέα καὶ Τέλλωνα Ὀρεσθάσιον*

καὶ Ἠλεῖον Ἀγιάδαν ἐν παισὶν ἀνελομένους νίκας Λυκῖνον μὲν δρόμου, τοὺς δ' ἐπ' αὐτῷ κατειλεγμένους πυγμῆς . . . . τὸν δὲ Τέλλωνα ὅστις εἰργάσατο, οὐ μνημονεύουσιν et ex tituli nostri repetitione eiusdem lapidis superficiei margini dextro secundo fere vel primo a. Chr. n. saeculo incisa, quam edd. Dittenberger Arch. Zeitg. XXXV. (1877) p. 190, Kaibel Rh. Mus. XXXIV. (1879) p. 204. — Litteratura ΑΘΙΟΓϹ.

---

377. Basis marmoris albi reperta a. 1877 inter rudera ecclesiae Byzantinae. Edd. Fraenkel Arch. Zeitg. XXXV. (1877) p. 138 n. 86, Kaibel Rh. Mus. XXXIV. (1879) p. 205 n. 941[c], Roehl Inscr. Gr. ant. 99 coll. add. p. 175, Loewy Inschr. gr. Bildh. 50, Roberts Introd. to gr. epigr. 280, Cougny Anth. Pal. III. 1. 67[b] p. 587.

Πύ[κτας τόν]δ' ἀνέθηκεν ἀπ' εὐδόξοιο [Κ]υνίσκος
Μαν[τ]ινέας νικῶν, πατρὸς ἔχων ὄνομα.

Versum priorem supplevit Roehl. *τόνδε*, quod restituit, significare videtur *τόνδε πύκταν*, ita ut Cyniscus pugil repraesentatus fuerit. Attamen nonne suppleri possit *τάνδε* sc. *εἰκόνα*? Cf. Paus. VI. 4. 11: *Κυνίσκῳ δὲ τῷ ἐκ Μαντινείας πύκτῃ παιδὶ ἐποίησε Πολύκλειτος τὴν εἰκόνα.* Polycleti nomen sive Pausanias sive auctor eius ex inscriptione, quam in inferiore basis parte nunc deperdita legerat, deprompsit. Referendum autem est monumentum sine dubio ad Polycletum illum celeberrimum propter formas litterarum vetustiores; titulus igitur, ut adnotat Purgold, vix multo recentior medio quinto saeculo est. — Litterae: Α Ε (*ε, η*) Θ Υ Ο (*ο, ω*) + (*ξ*) Ρ V Ψ (*χ*) ϹΕ.

---

378. Basis marmorea alba d. V. mens. mart. a. 1878 Olympiae reperta. Edd. ex Weilii apographo E. Curtius Arch. Zeitung XXXVI. (1878) p. 82 sq., inde Kaibel Rh. Mus. XXXIV. (1879) p. 203 n. 940[a]; Roehl Inscr. Gr. ant. 388, Loewy Inschr. gr. Bildh. 23; Roberts Introd. to gr. epigr. 156, Cougny Anth. Pal. III. 1. 27.

Εὔθυμος Λοκρὸς Ἀστυκλέος τρὶς Ὀλύμπι' ἐνίκων·
εἰκόνα δ' ἔστησεν τήνδε βροτοῖς ἐσορᾶν.

Εὔθυμος Λοκρὸς ἀπὸ Ζεφυρίου ἀνέθηκε.
Πυθαγόρας Σάμιος ἐποίησεν.

Versus alterius exorsum *τήνδε βροτοῖς ἐσορᾶν* in rasura manus diversa scripsit eademque v. 3 adiecit *ἀνέθηκε*; verba, quae prius in lapide fuerunt, nunc iam cognosci nequeunt. Commutato autem pentametri fine epigrammatis structura inconcinna deprehenditur in *ἐνίκων* et *ἔστησεν*. — De Euthymo Locrensi cf. Paus. VI. 6. 4: . . . . *τὰ δὲ ἐς Εὔθυμον τὸν πύκτην, οὗ με εἰκὸς ὑπερβαίνειν ην τὰ ἐς τὰς νίκας αὐτῷ καὶ τὰ ἐς δόξαν ὑπάρχοντα τὴν ἄλλην γένος μὲν δὴ ἦν ὁ Εὔθυμος ἐκ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρῶν, οἳ χώραν τὴν πρὸς τῷ Ζεφυρίῳ τῇ ἄκρᾳ νέμονται, πατρὸς δὲ ἐκαλεῖτο Ἀστυκλέους* . . . . . *ἀνελομένῳ δέ οἱ πυγμῆς ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκην τετάρτῃ πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα ὀλυμπιάδι οὐ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ὀλυμπιάδα ἔμελλε χωρήσειν* . . . . . *ἕκτῃ δὲ ὀλυμπιάδι ἐπὶ ταῖς ἑβδομήκοντα* . . . . *καὶ ἐπὶ τῆς μετ' ἐκείνην ὀλυμπιάδος τὸν ἐπὶ πυγμῇ στέφανον ἀνείλετο ὁ Εὔθυμος· ὁ δέ οἱ ἀνδριὰς τέχνη τέ ἐστι Πυθαγόρου καὶ θέας ἐς τὰ μάλιστα ἄξιος.* Plin. N. H. VII. 152: Euthymus pycta semper Olympiae victor et semel victus; patria ei Locri in Italia. Ibi imaginem eius et Olympiae alteram eodem die tactam fulmine Callimachum ut nihil aliud miratum video. — Itaque titulus paullo post ol. 77 (i. e. a. 472 a. Chr. n.), quo anno Euthymus tertiam Olympiae victoriam reportavit, exaratus esse videtur. Litteratura est Ionica vulgaris praeter ϝ; *O* pro *ου* scriptum.

---

379. Tabula marmoris Pentelici Olympiae d. XXVI. mens. octobr. anni 1880 excavata, undique defracta praeter marginem inferiorem. Edd. Purgold Arch. Zeitg. 1881 p. 181 n. 401, Roehl Inscr. Gr. ant. 388[a], Loewy Inschr. gr. Bildh. 24, Roberts Introd. to gr. epigr. 157.

[*Πυ*]*θαγόρ*[*ας Σάμιος*] *ἐποίει.*
. . . . . *ι τῶι Διὶ νι*[*κῶν ἀνέθηκεν*].

Nomen artificis invenit Purgold; *Σάμιος* adiecit Roehl, idem temptavit finem hexametri. — Litteratura Ionica vulgaris, sed alpha mediam lineam paullulum inclinatam habet; *O* et correptam et productam vocalem indicat; *E* pro *ει* scriptum. Litterae in universum eaedem atque in n. 378, modo paullo maiores et latiore ductu inscriptae (Purgold); itaque titulus eadem fere aetate insculptus esse videtur.

---

380. Basis marmorea reperta Olympiae in muro orientali Byzantino. Edd. Curtius Arch. Zeit. 1878 p. 83 n. 128, Kaibel Rh. Mus. XXXVI. (1879) p. 206 n. 942 a, Loewy Inschr. gr. Bildh. 90, Cougny Anth. Pal. III. 1. 61.

Ξενοκλῆς Εὐθύφρονος Μαινάλιος.

Μαινάλιος Ξενοκλῆς νίκασα Εὐθύφρονος υἱός,
ἀπτὴς μουνοπαλᾶν τέσ(σ)αρα σώμαθ' ἑλών.

Πολύκλειτος ἐποί(η)σε.

Cf. Paus. VI. 9. 2: *μετὰ τούτου (Θεογνήτου) τὴν εἰκόνα Ξενοκλῆς τε Μαινάλιος ἕστηκε παλαιστὰς καταβαλὼν παῖδας . . . . Ξενοκλέους δὲ τὸν ἀνδριάντα Πολύκλειτός ἐστιν εἰργασμένος.* — *ἀπτὴς* dorice dictum esse pro *ἀπτὴν* putat Curtius; sed cum nullum afferat exemplum similis Dorici usus atque omnino significatio pulli cuiusdam ab hoc loco aliena esse videatur, magis mihi placet Kaibelii interpretatio, qui hanc vocem a stirpe *πετ-* eadem ratione derivatam esse censet, qua *ἰθυτμής* ab *τεμ-*, *ἴγνητες* ab *γεν-*, alia multa; cf. Lobeck Paralip. p. 83. Qua explicatione probata iam similem, ut adnotat Kaibel, habemus sensum ac [Simon.] fragm. 151 (Hill.): *Μίλωνος τόδ' ἄγαλμα καλοῦ καλόν, ὅς ποτε Πίσῃ ἑπτάκι νικήσας ἐς γόνατ' οὐκ ἔπεσεν* et Alcaei ep. Anth. Pal. IX. 588. 6 sq.: *ἀλλὰ παλαίσας ἀπτώς, τοὺς τρισσοὺς Ἰσθμόθεν εἷλε πόνους.* — *μουνοπάλαι* Kaibelio refutata sententia Curtii, qui interpretatur *qui nil nisi luctari consuerunt*, ei potius dici videntur: *qui singuli cum singulis se componunt, ut haec singularis*

fuerit Xenoclis laus, quod quattuor adversarios integros certaminisque labore intritos vicit. Notum est aliam quoque pugnandi rationem fuisse in ludis Olympicis ut cum compluria paria depugnassent singuli inter se victores de palma certarent. — V. 4 lapis habet ΕΓΟΙΣΕ; ex his litteris Kaibel aoristum verbi quod certum esse dicit *ποίζειν* construit; verum cum alios locos ubi haec vox usurpatur neque ille indicaverit neque ipse invenerim, Curtio adstipulatus errore quadratarii litteram Η omissam esse censeo, ita ut scribendum sit *ἐποί(η)σε*. Verum viro huic docto, qui etiam in ΜΟΡΟΓΑΛΑΡ et in ΤΕΣΑΡΑ lapicidam erravisse contendit, assentiri nequeo propter causas, quas afferre supervacaneum duco. — Litterae vulgares Ionicae praeter Ρ; omicron minore quam reliquae mensura; *O* pro *ου* scriptum. Referendus est hic titulus ad medium saeculum quartum, quibus temporibus floruit is qui confecit hoc monumentum, Polycletus minor (cf. quae adnotaverunt Curtius et Loewy); cf. etiam n. 179.

---

381. Basis rotunda Olympiae a. 1879 in parte septentrionali Prytanei reperta. Edd. Furtwaengler Arch. Zeitg. 1879 p. 151 n. 301, Loewy Inschr. gr. Bildh. 99.

Σπάρτας μὲν [βασιλῆες ἐμοὶ] πατέρες καὶ ἀδελφοί·
[ἅρμασι δ' ὠκυπόδων ἵππων] νικῶσα Κυνίσκα
εἰκόνα τάνδ' ἔστασε· μόν[αν] δέ μέ φαμι γυναικῶν
Ἑλλάδος ἐκ πάσας τό[ν]δε λαβεῖν στέφανον.

Ἀπελλέας Καλλικλέους ἐπόησε.

Epigramma exstat Anth. Pal. XIII. 16; inde supplementa. Cf. Paus. VI. 1. 6: *Ἐς δὲ τὴν Ἀρχιδάμου Κυνίσκαν, ἐς τὸ γένος αὐτῆς καὶ ἐπὶ ταῖς Ὀλυμπικαῖς νίκαις, πρότερον ἔτι ἐδήλωσα ἐν τοῖς λόγοις οἳ ἐς τοὺς Λακεδαιμονίων ἔχουσι· πεποίηται δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τὸν ἀνδριάντα τοῦ Τρωΐλου λίθου κρηπὶς καὶ ἅρμα τε ἵππων καὶ ἀνὴρ ἡνίοχος καὶ αὐτῆς Κυνίσκας εἰκών, Ἀπελλοῦ τέχνη· γέγραπται δὲ καὶ ἐπιγράμματα ἐς τὴν Κυνίσκαν*

ἔχοντα. Paus. III. 8. 1: *ἐγένετο δὲ Ἀρχιδάμῳ καὶ θυγάτηρ, ὄνομα μὲν Κυνίσκα, φιλοτιμότατα δὲ ἐς τὸν ἀγῶνα ἔσχε τὸν Ὀλυμπικόν, καὶ πρώτη τε ἱπποτρόφησε γυναικῶν καὶ νίκην ἀνείλετο Ὀλυμπικὴν πρώτη . . . . ὅτι γὰρ μὴ τῇ Κυνίσκᾳ τὸ ἐπίγραμμα ἐποίησεν ὅστις δή, καὶ ἔτι πρότερον Παυσανίᾳ . . . ἄλλο γε παρὰ ἀνδρὸς ποιητοῦ Λακεδαιμονίων τοῖς βασιλεῦσιν οὐδέν ἐστιν ἐς μνήμην.* — Litteratura vulgaris Ionica praeter *N*; *O* pro *ου*, E pro *ει* scriptum. Titulus ad priorem quarti saeculi partem pertinet.

---

382. Lamina ahenea Olympiae a. 1879 in septentrionali parte Prytanei reperta. Edd. Furtwaengler Arch. Zeitg. 1879 p. 145 sq., Loewy Inschr. gr. Bildh. 94, Cougny Anth. Pal. III. 1. 82.

Ἑλλήνων ἦρχον τότε Ὀλυμπίαι, ἡνίκα μοι Ζεὺς
δῶκεν νικῆσαι πρῶτον Ὀλυμπιάδα
ἵπποις ἀθλοφόροις· τὸ δὲ δεύτερον αὖτις ἐφεξῆς
ἵπποις· υἱὸς δ' ην Τρωΐλος Ἀλκινόου.

Cf. Paus. VI. 1. 4: *πλησίον δὲ τοῦ Κλεογένους Δεινόλοχός τε κεῖται Πύῤῥου καὶ Τρωΐλος Ἀλκίνου· τούτοις γένος μὲν καὶ αὐτοῖς ἐστιν ἐξ Ἤλιδος, γεγόνασι δέ σφισιν οὐ κατὰ ταὐτὰ αἱ νῖκαι, ἀλλὰ τῷ μὲν ἑλλανοδικεῖν τε ὁμοῦ καὶ ἵππων ὑπῆρξεν ἀνελέσθαι νίκας, τῷ Τρωΐλῳ, τελείᾳ τε συνωρίδι καὶ πώλων ἅρματι· ὀλυμπιάδι δὲ ἐκράτει δευτέρᾳ πρὸς ταῖς ἑκατόν· ἀπὸ τούτου δὲ καὶ νόμος ἐγένετο Ἠλείοις μηδὲ ἵππους τοῦ λοιποῦ τῶν ἑλλανοδικούντων καθιέναι μηδένα· τούτου μὲν δὴ τὸν ἀνδριάντα ἐποίησε Λύσιππος.* — Troilus igitur ol. 102 (a. 372 a Chr. n.) priorem ut videtur victoriam reportavit, quo anno erat *Ἑλλανοδίκης*, atque alteram insequenti olympiade; statuam autem fortasse paullo post demum ad memoriam certaminum bene confectorum erexit. — Litterae vulgares praeter N Ϝ; *O* pro *ου* scriptum.

---

383. Basis lapidis nigri Delphis in domo quadam reperta. Edd. Haussoullier Bull. de corr. Hellén. VI. (1882) p. 446 sq.; inde Cougny Anth. Pal. III. 1. 86[b] p. 587.

a — — — — — — — — — — — — — — —
[. . . . . *στεφ*]*άνους* . . . . .
[. . . . . *πάν*]*τα ἐκράτεις ἀμ*[*αχεί*].

b [*Πλ*]*είστοις δὴ Σικυῶνα πάτραν*, [*Σω*]*σιστράτου υἱέ*,
Σώστρατε, *καλλίστοις τ᾽ ἠγλάισας στεφάνοις*
5 [*ν*]*ικῶ*[*ν*] *πανκράτιον τρὶς Ὀλύμπια*, *δὶς δ᾽ ἐνὶ Πυθοῖ*,
δώδεκα δ᾽ ἐξ Ἰσθμιο[*ῦ καὶ Νεμ*]*έας στεφάνους*·
[*τ*]*οὺς δ᾽ ἄλλους ἄπορο*[*ν στεφάν*]*ους* [*ἐπι*]*δεῖξαι ἀριθμόν*
[*πα*]*ύσας δ᾽ ἀντι*[*πάλους πάν*]*τα* [*ἐ*]*κράτεις ἀμαχεί.*

Supplevit Haussoullier. Cf. Paus. VI. 4. 1: . . . . *Σικυώνιος Σώστρατος παγκρατιαστὴς ἀνήρ, ἐπίκλησις δὲ ἦν ἀκροχερσίτης αὐτῷ· [παρα]λαμβανόμενος γὰρ ἄκρων τοῦ ἀνταγωνιζομένου τῶν χειρῶν ἔκλα, καὶ οὐ πρότερον ἀνίει πρὶν ἢ αἴσθοιτο ἀπαγορεύσαντος· γεγόνασι δὲ αὐτῷ Νεμείων μὲν νῖκαι καὶ Ἰσθμίων ἀναμὶξ δυόδεκα, Ὀλυμπίασι δὲ καὶ Πυθοῖ, τῇ μὲν δύο, τρεῖς δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ τὴν τετάρτην δὲ ὀλυμπιάδα ἐπὶ ταῖς ἑκατόν* (a. 364 a. Chr. n.), *πρώτην γὰρ δὴ ἐνίκησεν ὁ Σώστρατος ταύτην, οὐκ ἀναγράφουσιν οἱ Ἠλεῖοι, διότι μὴ αὐτοὶ τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ Πισαῖοι καὶ Ἀρκάδες ἔθεσαν ἀντ᾽ αὐτῶν.* Quas adnotationes Pausanias ex inscriptione nostrae simili, fortasse pari sumpsisse videtur, quam Sostratus monumento Olympiae dedicato insculpendam curavit. Titulus noster, ut adnotat editor, circa medium quartum saeculum exaratus est; continebat olim duo epigrammata, ex quibus alterum anxie ad alterius imitationem compositum erat. Litterarum formae Ionicae vulgares praeter Ν. —

---

384. Titulus in dextra parte eiusdem lapidis nigri Thebis scalae septentrionali ecclesiae S. Georgii immissi ac n. s. n. 179 inscriptus. Edd. Kumanudes *Ἀθήν.* III. (1874) p. 478 sq., Foucart Rev. arch. 1875 I. 110 sq., Kaibel Ep. Gr. 492[b]

praef. p. XIV, Meister Dial.-Inschr. I. 710, Loewy Inschr. gr. Bildh. 93[b], Preuner Bonn. Stud. Kekulé gewidm. p. 217 sqq., Dittenberger IGS. I. 2533.

. . . . . ς *Πουθιῆος τὸ* [*δεύτερον*]
π[*αῖδας*] *Πούθια παγκρ*[*άτιον*].

Παῖδ[*α*]ς *ὅδε κρατέω*[*ν τὸν Πουθικὸν αὖθις ἀγῶνα*]
Κορϝείδας ἱερᾶι νί[*ψ*]*α*[*το Κασταλίαι*]
ἐγ νίκας ἔτι θέρμος ὀ[*ρούσας δὶ᾽ ἐπὶ λουτρό*],
Φοίβου τῶν ἑτύμων [*ἐκγεγαὼς τροφίμων*].

Λύσιππος Σι[*κυώνιος ἐποίησε* s. *ἐπόεισε*].

Duas lineas supra epigramma positas temptavit Dittenberger; *Πουθιῆος* esse adiectivum patronymicum intellexit Meister. — Prius distichon restituere conatus est Dittenberger; v. 2 eodem modo Preuner; *νί*[*ψ*]*α*[*το* iam Kumanudes invenit. Alterum distichon non sine dubitatione supplevit Preuner, qui ipse v. 3 mavult *ὄ*[*ρουσεν*, ut participia inter se excipientia evitet; sed sententia eius probata particulam copulativam omitti non licuit; *ὀρούσας* iam Kumanudes. Ad versum quartum confert Preuner Kaibel. Ep. Gr. 852. 3: *Βουταδέων ἑτύμων ἐξ αἵματος* et 874. 5 sq.: *ταύτῃ καὶ γένος ἔσχες ἑτήτυμον, Ἡράκλεια, Ἡρακλέους, Φοίβου πρὸς δ᾽ ἔτ᾽* [*ἀπ᾽ Ἰα*]-*μ*[*ι*]*δῶν*. — Is, qui confecit monumentum, erat Lysippus notissimus ille Sicyonius artifex. De aetate nostri tituli Preuner enucleasse sibi videtur signum illud aut a. 342 aut a. 338 a. Chr. n. erectum esse, quia pancratio puerorum a. 346 a. Chr. n. Delphis instituto (Paus. X. 7. 8) alius nec *Κορϝείδας* primam victoriam reportavit et Thebas ab Alexandro Magno a. 335 a. Chr. n. eversas Cassander a. 316 a. Chr. n. demum exaedificavit. Attamen nihil obstat, quin Lysippum etiam post a. 316 a. Chr. fuisse putemus, quam sententiam Dittenberger ad inscriptionem proxime antecedentem (n. s. n. 179) exponit. — Litteratura Ionica vulgaris praeter Ν et Θ O paullo minoris moduli.

---

385. Fragmenta duo basis marmoreae Olympiae reperta, ex quibus unum a. 1878 effossum ed. Weil Arch. Zeitg. 1879 p. 46 n. 222; alterum adiecit Furtwaengler Arch. Zeitg. 1879 p. 144 n. 287. Utrumque ed. Loewy Inschr. gr. Bildh. 103.

. . . . . δ]ι᾽ ἰσχύος ἔσχον
. . . . . ἄριστα
. . . . . τρὶς ἐν Ἰ(σ)θμῶι
. . . . . λεύς.

. . . . . ἐπ]οίησε Πατροκλέ[ους . . . .]σιος.

Furtwaengler suppleverat v. 4: [Δαμαρέτου υἱὸς (vel παῖς ὢν vel παῖς ἦν) Ναρυκίδας Φιγα]λεύς et v. 5: [Δαίδαλος ἐπ]οίησε Πατροκλέ[ους μαθητὴς καὶ] υἱός respectis verbis Paus. VI. 6. 1: Ναρυκίδαν τὸν Δαμαρέτου παλαιστὴν ἄνδρα ἐκ Φιγαλίας Σικυώνιος Δαίδαλος (ἐποίησεν). Verum cum Loewy Purgoldii verbis appositis hastam illam, quae in v. 5 ante ιος superest, partem esse non litterae υ, sed σ contendat, iam apparet post patris nomen exstitisse ethnicum in σιος desinens; de artificis nomine et epigrammatis supplementis iam nihil dici potest. — Litterae vulgares praeter Ν; ΟΙ pro ῳ in Ἰσθμοῖ.

---

386. *Lapis inaedificatus inversa positura Thebis in scalis deversorii Papadami, quod est prope introitum urbis a meridionali parte, Plataeas versus.* Edd. Kumanudes Ἀθήν. III. (1874) p. 477, Kaibel Ep. Gr. praef. p. XX n. 938ᵃ, Loewy Inschr. gr. Bildh. 120, Cougny Anth. Pal. III. 1. 89, Preuner Bonn. Stud. Kekulé gew. p. 220 sqq., Dittenberger IGS. I. 2470.

[Π]άμμαχον, ὦ Θήβα, κρατέοντά με παῖδα[ς ἐν Ἰσθμῶι]
καὶ τὸ πάλιν μεσάταν ἁλικίαν τις ἐρεῖ
τοίας ἐκ προβολᾶς εὐάγκριτον· ἁ δὲ Νέμειος
νίκα μοι λεκτῶν ἦλθεν ἀπ᾽ ἠϊθέων

πατρὸς δῶμα Τρίακος· ἄεθλα γάρ οἱ παρὰ Λίρκαι
ἀμφαδὸν Ἑλλάνων πλεῖστα φέροντι νέοι.

Τεισικράτης ἐποίησε.

Qui victoriarum reportatarum laudibus hic extollitur, eum non fuisse fratrem Phorystae, sed utrumque victorem fortuito patres cognomines habuisse comprobavit Dittenberger; cf. ad n. 390. — Quod attinet ad priorem epigrammatis sententiam recte intellegendam, non parvae difficultates nobis offeruntur. Ac primum quidem recte Benndorf ap. Loewyum et Anzeig. d. philos.-histor. Kl. Wien. 1886 n. XXII eumque secuti Preuner, Dittenberger pronomen *τίς* non interrogativum, sed indefinitum esse contenderunt. V. 1 scribit Kumanudes *πάμμαχον . . . . ἀγῶνα*, idem Benndorf, qui tamen aut *Πάμμαχον* fuisse aut in fine versus exstitisse posse nomen victoris indicat; Kaibel *Πάμμαχον . . . . ἀγῶνι*, qui et ipse *Πάμμαχον* fuisse eum, qui victorias enumeratas reportaverat, putavisse videtur; ei adstipulatur Loewy. Preuner supplet v. 1 *Πάμμαχον . . . . παῖδα[ς ἐν Ἰσθμῶι]* et v. 3 *Εὐάγκριτον* pro nomine proprio accipit. Dittenberger Kumanudem secutus scribit *Πάμμαχον . . . . ἀγῶνα*, quibus verbis pancratii notio poetica circumlocutione indicari ei videtur. Mea quidem sententia recte Preuner intellexit in fine v. 1 commemoratum fuisse locum, ubi is, qui statuam dedicavit, priores duas victorias reportavit; nam v. 3 tertium Nemeae vicisse disertis verbis dicitur. Qua re probata *Πάμμαχον* iam de pancratio intellegi nequit, quod *παμμάχῳ ἀγῶνι* (cf. Plut. mor. p. 804 B) nec tamen solo *παμμάχῳ* exprimitur. Iam nihil restat, nisi ut *Πάμμαχον* eius, qui hoc signum propter victorias reportatas erexerat, nomen fuisse putemus. Inde sequitur, ut id, quod Preuner de nomine *Εὐάγκριτος* proposuit, iam stare nequeat; ex voce *εὐάγκριτον* dependet aperte *τοίας ἐκ προβολᾶς* eo sensu, quem statuunt Benndorf, Dittenberger. Quo tame[illegible] in certaminum genere Pammachus vicisset, addere su[illegible] vacaneum fuit, quod, quisquis statuam ipsam vidit, e[illegible] positura facile id cognoscere potuit. — Litterae [illegible]

gares praeter N et omicron minoris moduli; *hastarum fines dilatati et profundius incisi, littera Θ punctum non rotundum habet, sed triangulum.* Hoc monumentum sub finem quarti aut initio tertii a. Chr. n. saeculi (fere 320—284 a. Chr. n.) dedicatum esse censet Dittenberger.

---

387. Fragmentum tabulae albae marmoreae, repertum Artemisii. Ed. Lolling Athen. Mitth. VIII. (1883) p. 202.

. . . . . *αι πυρρίχηι ἄθλω*[*ι* s. *ν*]
. . . . . *πα*]*ρ*[*θ*]*ένον Ἀ*[*γρ*]*οτέρ*[*αν*].

Artemisii, ubi conventus ludique habebantur, sedes solemnium religionum Euboeae septentrionalis fuisse videtur. (Lolling) — Litterae Ionicae vulgares.

---

388. Tabula ahenea Olympiae a. 1878 reperta. Edd. E. Curtius Arch. Zeit. 1878 p. 84 n. 130, Kaibel Rh. Mus. XXXIV. (1879) p. 205 n. 941[b], Loewy Inschr. gr. Bildh. 126, Cougny Anth. Pal. III. 1. 28.

Ὧδε στὰς ὁ Πελασγὸς ἐπ' Ἀλφειῶι ποκα πύκτας
τὸμ Πολυδεύκειογ χερσὶν ἔφανε νόμον,
ἅμος ἐκαρύχθη νικαφόρος· ἀλλὰ πάτερ Ζεῖ,
καὶ πάλιν Ἀρκαδίαι καλὸν ἄμειβε κλέος·
5 *τίμασον δὲ Φίλιππον, ὃς ἐνθάδε τοὺς ἀπὸ νάσων*
τέσσαρας εὐθείαι παῖδας ἔκλινε μάχαι.

Cf. Paus. VI. 8. 5: *μετὰ δὲ τὸν Βαύκιδά εἰσιν ἀθλητῶν Ἀρκάδων εἰκόνες . . . . Ἀζὰν ἐκ Πελλάνας Φίλιππος κρατήσας πυγμῇ παῖδας . . . . Φιλίππου δὲ τοῦ Ἀζᾶνος Μύρων τὴν εἰκόνα ἐποίησε.* — Litteratura vulgaris praeter N et ΟΩ paullo minoris mensurae. Titulus, qui propter litterarum formas, ut Weil apud Curtium adnotat, priori parti saeculi tertii assignandus est, nos cogit praeter Myronem illum [illegible]m artificem quinti saeculi alium cognominem ponere, qui [illegible] *τοίω*[illegible]us, quibus inscriptio nostra insculpta est, floruit. Fou[illegible] *νίκι*[illegible]

---

389. Titulum Oropiae in Amphiaraeo a. 1884 repertum edd. Loewy Inschr. gr. Bildh. 135ᵃ p. 105, Dittenberger IGS. I. 336.

Ἐπὶ ἱερέως Ὀλυμπίχου.

Τηλόθε [νισ]άμενο[ν Διομ]ήδεα χαλκὸς ἀντεῖ
ἀθλ' ἀπ' ἐυ[κλειοῦς ἀρά]μενον γενεᾶς,
ὅμ Πα[τρ]εὺς μὲν ἐὼν . . . . . .
κἀ[μφιαρ]α(ε)ίοις εὐπα[λάμοισι δ]όμοις
τὸμ πολὺν ἐστήσαντο μένειν χρόνον· ἐγ [δ'] ἑνὸς οἴκου
Τροζὴν [ἀθλοφόρον δεύτερο]ν [η]ὐ[γ]άσατο.
τοῖς ἕκατ . . . . . ἄνδρα . . . .
ἐφθέ[γξ]ω . . . . . τιον εὐνομία.

Ξενοκράτης Ἀθηναῖος ἐπόησε.

Restituit epigramma lapide magnopere detrito difficile lectu quantum potuit Dittenberger, qui ipse libere confitetur, quid sibi velint disticha secundum et quartum sibi obscurum esse. — V. 4 de *κἀ[μφιαρ]α(ε)ίοις* cf. n. 5. 1. — Litterae vulgares; *littera a ubique cum media linea curva distincte agnoscenda*; titulus ad priorem saeculi tertii partem pertinet, quantum quidem, ut adnotat Dittenberger, conicere licet ex Xenocratis artificis nomine; cf. Loewy.

---

390. *Lapis niger inaedificatus Tanagrae (Skimatari) in pariete ecclesiolae S. Thomae sitae iuxta pontem Asopi.* Edd. Leake Mus. of crit. II. (1826) p. 590, inde Boeckh CIG. 1582, Kaibel Ep. Gr. 938 coll. praef. p. XX; ex novo apographo et ectypo Kumanudes Ἀθήν. III. (1874) p. 475, inde Meister Dial.-Inschr. I. 945, Loewy Inschr. gr. Bildh. 119, Cougny Anth. Pal. III. 1. 93; Dittenberger IGS. I. 530.

Εἰκόνα τήνδε ἀνέθηκε Φορύστας παῖς ὁ Τρίακος
κήρυξ νικήσας καλὸν ἀγῶνα Διός·
ἄλλους τε ἀθλοφόρους πτανοῖς ποσὶν εἷλον ἀγῶνα,
εὐόλβου δὲ πάτρας ἄστυ καλὸν στεφανοῖ.

Καφισίας ἐπόεισε.

V. 1 ἀνέθηκε correctum ex ἀνέθεικε. — Editores hunc titulum coniunxerunt cum altero n. s. n. 386, quia et utriusque victoris pater *Τρίαξ*, quod nomen rarissimum erat, nominabatur et utriusque litterarum formae similes esse videntur. Cui sententiae recte adversatur Dittenberger Phorystam fuisse Tanagraeum, alterum Thebanum ostendens; accedit, quod patris nomen *Τρίαξ*, rarissimum ceteroquin, et Thebis et Tanagrae usitatum fuisse tituli docent. — Litterae Ionicae vulgares; *hastarum fines dilatati et profundius incisi; littera* Θ *punctum non rotundum habet, sed triangulum;* propter litteraturam plebiscitumque subiunctum titulum tertio a. Chr. n. saeculo tribuit Dittenberger.

---

391. *Lapis albus quadrangulus, qui anno 1869 inaedificatus fuit in muro ἁγίας Τριάδος ad radices montis Heliconis prope Thespias. Nunc est in museo vici Erimokastro.* Edd. ex apographo Foucarti I. Martha Bull. de corr. Hellén III. (1879) p. 447, plenius I. Schmidt Ath. Mitth. V. (1880) p. 124 n. 13, ex ectypo Lollingii Dittenberger IGS. I. 1818.

. . . . . *ει δ' ἐμὲ*
[*ἀείρατ' ἆ*]*θλον, ἀλλὰ τᾶι τέχναι σοφὸς*
[*μελωιδ*]*ός, αὐλῶι φθόγγον εὖ προσαρμόσας,*
[*Μουσᾶ*]*ν ὄπ*[*ω*]*ς μελιχρὸν ἀπύσαι μέλος,*
5 [*βάσ*]*ιν τιθ*[*εὶ*]*ς πρὸς τέρμα καίριον ῥυθμῶι.*
. . . . . *παρ*[*κ*]*ειμένοις ἄειδ' ἀεί,*
οὕτως ἐνῆς ἐν τῶι μέλει πολλὰ φάσις.
τοιόσδ' ἐὼν ἀείρατ' ἐγ Μουσᾶν ἐμὲ
Στράτων ἀγῶνος, σφᾶι πάτραι μέγα κλέος.
10 *ἁ Θεσπία δ' ἔοικεν οὐ μόνομ φέρειν*
ἄ[*νδ*]*ρας* [*μ*]*α*[*χ*]*ητάς, ἀλλὰ καὶ ἐμ Μούσαις ἄκρο*[*υ*]*ς.*

Dedicatio est praemii, quod Strato quidam auloedus ex Musarum certamine reportaverat. (Dittenberger) — Versus 1—5 supplevit Dittenberger; sextum, quem ille sese expedire non posse profitetur, iam Allen Greek versif. of inscr. p. 195 sq. tem-

ptavit: [ἅ]λις δέ [π]α (lapis habet . . ΛΙΣΔΕΙΑ); sed haec supplementa non bene quadrant. In septimo versu, cuius lectio certa est, quid sibi velit φάσις illa, quam multam in Stratonis cantu fuisse poeta dicit, Dittenbergero obscurum videtur; hanc vocem esse terminum quem dicunt technicum rei musicae fortasse vim significantem (similiter atque ἔμφασιν) recte adnotat Herwerden Stud. crit. p. 108. — V. 11 καὶ ἐμ per synizesin legendum; cf. n. 406 τοῦ ἀϝυτοῦ, n. 410. 1 μὴ ἐκ, n. 420. A. 5 καὶ ἔλεγον. — Litteratura vulgaris praeter Σ et Μ nonnumquam scriptum; *litteratura tertium fere a. Chr. n. saeculum indicare videtur.* (Dittenberger)

III. FRAGMENTA DUBIA.

EPIGRAMMATA SEPULCRALIA SIVE DEDICATORIA.

392. Amorgi in rupe prope vicum Brutzi. Ex Logiotatidis exemplo ed. Roehl Inscr. Gr. ant. 391; idem accuratius ex novis et Logiotatidis et Weilii apographis in add. p. 183; ex exscriptione Halbherri Comparetti Mus. Ital. I. (1885) p. 225, inde Roberts Introd. to gr. epigr. 160[a].

Φαι
συτλιησποτεκ (s. *ρ*) *αγωσυβ* (s. *ρ*) *ακηνεπ* (s. *λ*) *ινα* (s. *ο*) *με*
(s. *α*) *ν*
οελιϑ (s. *φ*) *ατσιλαμα* . . . . . .

Et Roehl et Comparetti inscriptionem metro inclusam esse viderunt; quae tamen legerunt, non multam probabilitatis speciem prae se ferunt. Ille duos hexametros latere putat, quorum alter in *ἐπινωμᾶν*, alter in *μάλιστα Φιλ*[*ή*]*βου* desierit; hic distichon efficere vult:

Φαισυτλίης ποτὲ κἀγὼ συβάκην ἐλίναμεν
. . . . . *α, Μάμαλι Σταϑιλέου.*

λίνω esse pro *λινεύω*, ut *δίνω* pro *δινεύω*; *συβάκην* esse animal ab iis qui dedicant retibus captum, fortasse suem ferum coll. *σύαξ* et *συάκι*. — Titulus *βουστροφηδὸν* scriptus his litterarum formis: Α Γ Δ (*ε*) Β (*η*) Θ (*ϑ*?) Ι Κ Γ (*λ*) Μ Ν Ο Γ Ξ Τ Φ Ω (*ω*). Kirchhoff Stud.[4] p. 32 sqq. inscriptionem ad tempora saeculo sexto priora pertinere comprobavit.

---

393. Lapis truncus Didymis in muro domus inaedificatus. Edd. Ross Arch. Aufs. II. 660, Roehl Inscr. Gr. ant. 489, Roberts Introd. to gr. epigr. 139.

. . . . . *οι* . . . . . .
. . . *ηιστοιφ* . . . . . *δε εἶπεν δί[κ]αιον*
ποιεῖν . . . . . *ὡς πατέρες.*

Etsi nonnullae voces enuntiatorumque fragmenta facili negotio leguntur, tamen de sensu totius tituli propter parvas reliquias nihil dici potest; versus tamen fuisse videntur. -- De *ν* in *εἶπεν δί[κ]αιον* errore addito cf. quae adnotavi ad n. 12. 1. — Titulus *βουστροφηδὸν* incisus his litterarum formis: Α Δ Ε (ε) Η (η) Ι Ν Ο (ο, ω) Γ D (ρ) Ε (σ) Τ Φ (incertum, fortasse ⊕). Inscriptionem ad sextum a. Chr. n. saeculum vergens pertinere indicat Kirchhoff Stud.[4] p. 18 sq.

---

394. Magulae prope Spartam lapis undique fractus, nisi quod margo superior integer esse potest, muro domus privatae infixus. Edd. Dressel et Milchhoefer Ath. Mitth. II. (1877) p. 433 sq., Kaibel Rh. Mus. XXXIV. (1879) p. 203 n. 936[a], Roehl Inscr. Gr. ant. 62, Roberts Introd. to gr. epigr. 253.

. . . . . .
. . . . *ρος ἀθρῆν δ* . . . . . *γ' αὐτὸς*
νίκας . . . . . *χυτάτως ἐδ* . . . .
. . . . . *ε χαριζομεν* . . . . . .
5 *ἐνθάδε παῖς Π* . . . . . *ωι καί ἑ εὔφρων*
. . . . . *Διὸς αἰγιοχ* . . . . . .

V. 2 exstitisse potuerit etiam *π]ροσαθρῆν*, id quod Wilamowitz ap. Kaibelium suspicatur. — V. 5 de hiatu inter *ἑ* et *εὔφρων* cf. n. 3. 2. — Non satis apparet, utrum titulus sepulcralis an dedicatorius fuerit. Roehl inscriptionem inter sepulcrales enumerandam esse ratus sic temptavit:

[*Ἀλκιμάχω τάνδ' εἰκόν' ἔνεστ' ἀγαθῶ καὶ ἀγαυῶ*]
[*ἀνδ*]*ρὸς ἀθρῆν· δ*[*ιαμιλλαθὴς δ' ἤδη τε θί*]*γ' αὐτὸς*
νίκας [*καὶ θορύβως κατὰ τρα*]*χυτάτως ἐδ*[*αμάσθη*]·
[*οἰχομένῳ δ*]*ὲ χαριζόμεν*[*ος στᾶσεν τόδε σάμα*]
ἐνθάδε παῖς Π[*ολυκλῆς. ἀλλ' ἵλαθι τ*]*ῷ καί ἑ εὔφρων*
[*δέξο ϝάναξ ἐνέρων,*] *Διὸς αἰγιόχ*[*ω κάσι σεμνέ*].

Litterae: A, E, D, ⊕ (ϑ), N, ᚱ, ⲝ ⲥ, ⲥ, Y (χ). Titulum ante ol. 75 (a. 480 a. Chr. n.) inscriptum esse propter litterae sigma formam vetustam evicit Kirchhoff Stud.[4] p. 152 sq.

---

